

¹⁶⁷¹
DISPUTATIO INAUGURALIS ^{20.} ¹⁷
De ^{1671, 12}
DENUNTIATIONE
LITIS.

Quam
ADSPIRANTE TRIUNIVS NUMINIS
GRATIA

*Ex decreto atque Autoritate Nobilissima atq;
Amplissimæ Facultatis Juridicæ, in famigera-
tissima Viadrina,*

SUB PRÆSIDIO

*Viri Magnifici, Amplissimi, Consultissimi, atq;
Excellentissimi*

DN. PHILIPPI JACOBI Wolffen /
J. U. Doctoris, Professoris Codicis justiniani, Or-
dinarii & Facultatis juridicæ p. t. DECANI spectabilis,
Promotoris & Fautoris sui Honoratissimi

PRO LICENTIA

Summos in utroque jure Honores & Privilegia
Doctoralia consequendi
Publico eruditorum examini exponit

GEORGIUS SCHLIEPSTEIN

Bilfeldia Westphalus. anno 1671.
ad Februar. Horis ante & pomeridianis.

Francofurti ad Viadrum

Literis JOHANNIS ERNESTI, Acad: Typogr.

5.

DISPUTATIO IN AUCORALIS

De
DENUNTIATIONE
LITIS

ADSPIRANTE TRILINIS NUMINIS
GRATA

Ex decreto alque auctoritate Nobilissimae atque
Ampullosae Facultatis Juridicae in tam
venerabili Vindob.

SUB PRESIDIO

Viri Magnifici, ac Reverendissimi Consilii
Academicissimi

DN. PHILIPPI JACOBI
J. U. Doctoris, Professoris Codicis Justiniani
Decani, ac Praefecti
Facultatis Juridicae in Vindob.

PRO LICENTIA


Summas in hocque hinc Honores & Praerogativas
Doctoris conquirendi

GEORGII SCHILLERSTRI

Illustri Westphalae anno 1674

Typis JOHANNIS HANDELII, ACAD. TYPOGR.





ΣΥΝΘΕΣΙΣ

Præloquium.

Rdine cum nec quicquam jucundior
*L. postea quã 1. ff. si tab. testã exstã ab unde
liberi. Barth. Socin. in L. possessio 1. ff. de ac-
quirend. poss. n. 7. Cothman. cons. 90. n. 2.
vol 2. aut ad usum commodius excogitatum
perhibeatur. Hieron. Alban. de Potest. Papa. p. 1.
n. 15. Arumã. de mora in proœm n. 17. quippe qui
accuratè observatus, tum ad rei de quã agitur
cognitionem & intelligentiam cum primis
conducit; Harprecht. in Comm. ad princ. inst. de
obligat; qua ex delict. nasc. n. 1. tum etiam me-
moriã, quæ alioqui fragilis est & infirma, nec
omnia retinere potest. arg. L. peregrẽ 44. pr. ff. de
acquir. poss. L. si arbiter. 28. ff. de probat. plurimum
juvat, artificiosèque informat Arist. libr. de me-*

A 2

moria

5

Praeloquium

2
*moria, laudatus à Baldo prooem. ff. n. 1. Nec quicquam efficiat, qui sine methodo iustoque ordine & progressu aut quippiam scribit aut docet: Coras ad L. 2. §. postea aucta verb. componit. per ill. text. n. 41. de O. J. Zasius ad L. Lex Cornelia. n. 16. ff. de vulg. & pupill. Substit. Itaque & mihi hac de materia denunciationis differenti, ne *ἀταξία* vel confusione, quæ omnis culpæ alias mater esse dicitur, *Cassiodor. lib. 7. variar. Epist. 27. Jacob. Ayer in explicat. L. unic. num. 2. C. de errore calculi fenestra aperiatur, statim in ipso limine ad præcavendos errores, incertitudinemque, quam parit neglectus verborum Oldendorff. progymn. Class. 4. act. mandat. evitandam, prius notationem hujus vocis, cujus cognitio plurimum ad rerum intellectum conferet, præmittere, ut *Limatius* enuclearem, operæ pretium visum fuit.**

MEM-



MEMBRUM I.

Definitionem Divisionemque

explanabit.

SECTIO I.

SUMMARIA.

E <i>Tymologia denuntiationis. n. 1.</i>	<i>Accipitur etiam pro ipso negotio. seu re in iudicium deducta. n. 8.</i>
<i>Homonymia. n. 2.</i>	<i>Denuntiationis Synonymia. n. 9.</i>
<i>Denuntiare idem quandoq; significat quod prohibere. n. 3.</i>	<i>Aliquando Laudatio } appellatur</i>
<i>Denuntiatio alia est Evangelica. n. 4.</i>	<i>Aliquando Postulatio } n. 10 & 11.</i>
<i>Alia Canonica. n. 5.</i>	<i>Denuntiationis definitio seu descriptio. n. 12.</i>
<i>Homonymia vocabuli Litis. n. 6.</i>	
<i>Sumitur pro instantia. n. 7.</i>	

Quoniam vero ista notatio est vel nominis, vel rei, illaque vel Etymologica, vel Homonymica vel etiam Synonymica; Non quidem circa Etymologiam adeo sollicitus ero, cum neminem esse opiner, qui nesciat verbi denuntiationis originem Grammaticam, idque vocabulum à præpositione De, & Nuntiatione compositum esse, quod & Germani communi idiotismo vocant *eine verkündung*: Hujus vocis significatu suo tempore etiam Cicero usus est, quando *libro 2. de divinatione* ita inquit; Quæ est enim ista à Diis profecta significatio & quasi *denunciatio* calamitatum, proinde cum hac derivatio plus



5
tio plus quam clara sit, longius immorari nolo, sed plura desiderantem ad Criticos remitto.

SECTIO II.

At cum hoc denuntiationis vocabulum etiam sit ambiguum, ideoque ut ab Æquivocatione quæ erroris genetrix esse creditur, liberetur, præsciendum est, istud in jure nostro variè accipi; Quandoque n. denuntiare est (1.) Judicis facinorosum deferre, *einen mißhändeler bey der Obrigkeit angeben.* de quo *Clarus 5. sent. §. ult. quest. 7.*
 2. *Decian. tract. crim. lib. 3. c. 2. Ritters. differ. juris Civil. & Canon. l. 6. c. 3. Dambaud. prax. crim. c. 6.* quo in Sensu talem denuntiationem similem quidem esse volunt accusationi, in hoc tamen differre, quod denuntiator non se inscribat, neque faciat partem sicut accusator, prout declarant, *Salicet. in L. ea quidem. C. de accusat* neque etiam desideretur, pro ut in hac nostra, quædam mentio *Sicuti ex c. 1. §. sane de censibus in 6. deducit Specul. lib. 5. tit. denunt. §. 2. vers. publica.* Est quædam accusationi similis clandestina denuntiatio Italica usitata, ubi in ædibus justitiæ foraminibus ad id destinatis schedulas (nomine tamen inscripto) injiciunt, & ita judici crimina & conjurationes revelant, sicut hoc non ita pridem Romæ in Capitolio, & Venetiis in
 3. Palatio magni Ducis vidi. Nonnunquam etiam (2.) denuntiare idem est quod prohibere, quomodo *Ulp. in l. de pupillo §. 10. in fin. ff. de oper. nov. nunt.* & post eum *Justin. in L. unic. C. d. t. novū opus denuntiare dixerunt, cum is, qui ita denuntiat, prohibet, vel interdicit vicino ne ædificet, Zæsius de oper. nov. nunciat. n. 1. Wesenbec. parat. eod. tit. n. 6.* Aliquando etiam (3.) dicitur maritus denuntiare uxori repudiatæ ne nubat, quod maritus illam accusare
 proxi-

proxime vel t adulterii. L. 16 & seq. ff. ad l. Jul. de Adult. Interdum (4) denuntiare priscà lingua idem erat ac condicere in §. 18. instit. de action. Siquidem de jure antiquo quando aliquis agere volebat, contra aliquem sibi obligatum, antequam posset eum convenire requirebatur, ut prius illi fieret denuntiatio, ut solveret, & sic fieret tractatus, sive simultanea locutio de debito, quam tamen exolevisse eamque hodiè non esse necessariam post Gloss. ac d. §. 15. vers. denuntiare. tradit Ludov. Gomes. Comment. ad §. itaq. Inst. de act. u. 1. Esse etiam (5.) Denuntiationem quandam quæ vocatur Evangelicæ pro ut videre est apud Dd. ad C. novit. XIII. Extra de judic; cujus etiam meminerunt. Menoch. 1. presump. 79. Josephus de Seve inhibet: c. 9. §. 2. p. 383. Quam originem suam ab Evangelia accepisse colligit Parnomit. ad d. c. novit. col. 17. vers. ult. quæ ex Dicto Christi Matth. 18. vers. 13. Luca 17. vers. 3. cum seq. ab Ecclesiasticis introducta in foro Canonico satis nota est, prout ex canone Si peccaverit 2. quest. 1. Robert. Marant. de ordin. judic. pag. 6. num. 5. pulchrè declarat. Quin imo & (6.) præter hanc vocari aliquam Canonicam, quando scilicet accipitur, vel pro illa bina & terna proclamatione, quæ fieri moris est in Ecclesia à Suggestu à ministro vel Parocho personis matrimonio proxime inire volentibus C. cum in tua. 27. extra de sponsal. c. fin. X. de clandest. desponsat. vel etiam quando ageretur de matrimonio dissolvendo & ejus impedimentis de quâ in cap. ad dissolvendam de desponsatione impub. & c. cum inhibetio de clandest. desponsat. Denique etiam (7.) hanc denuntiationis voculam usurpari pro ea, per quam illum à quo rem à nobis petitam acquisivimus, excitamus & admonemus, ut ad judicem veniat, vel rei petitæ defensionem subeat ex l. 49. ff. de judic. l. 1. c. ubi in rem act. satis

satis elucet; Et de hac etiam relictis prioribus, ut & aliis
 significationibus quæ passim in legibus reperiuntur, in
 præsentiarum nunc agendum erit. Explicato satis primo
 vocabulo, secundum quoque quod homonymia sua care-
 re non videtur, paucis tangemus. Missis autem variis Phi-
 losophorum significationibus breviter saltem adduco,
 quod vocula hæc LIS iudicicè sumatur pro ipsa actione
 6. tam criminali *L. Senatus consult. 15. §. 5. ff. ad Jctum Tur-*
pia. quam Civili, & quidem tam reali quam personali.
L. litis nomen. 36. ff. de V. S. L. unic. C. de litis contest. unde
 dicimus; litem nobis cum aliquo esse, litem edere, li-
 tem in iudicium deducere *L. si mater. 11. §. hoc jure ff. de*
Except. rei judic. Posset quoque hic moveri quæstio an li-
 tis vocabulo tam ante quam post acceptum iudicium uti
 7. liceat? & quamvis Dd. in diversas eant sententias, affirmati-
 vam tamen cum *Hug. Don. in L. Postquam. 4. n. 14. C. de Pactis*
amplector. Quandoque etiam litis vocabulum, pro in-
 stantia seu iudicio ipso, quod Iudice Actore & Reo constat
 secund. *L. properand. C. de judic. l. rem novam 14. C. d. r.*
 sumi certum est. Denique accipitur pro ipso negotio,
 8. seu re ab alio mota & in iudicium deducta, unde lis dicitur
 æstimari, cum quanti ea res erit, quæ in iudicium venit, à
 iudice æstimatur. Hinc etiam voculam rei & litis, sæpè
 numero in jure nostro conjunctim positam videmus, ita
 ut quod lis inofficiosi dicitur *L. Pater 6. ff. de dot. collat:*
 postea res inofficiosi vocetur in *l. Papinianus 8. §. 1. ff. de*
inoff. Testam. & in hoc ultimo significato etiam in materia
 nostra vocabulum litis accipimus; ut nempe ipsum ne-
 gotium, seu litem ab alio motam & in iudicium dedu-
 ctam denotet.

SEC-

SECTIO III.

Quâ ratione cum præterSynonymicam notationem nihil amplius sit reliquum, ideoque & hæc à Dd. variis nominum coloribus fuit depicta, ita ut nonnunquam sub appellatione nominationis (non quidem illius, ubi quis alieno nomine possidet, Dominum rei controversæ nominet, ut ipse à lite eximatur, de qua alias est textus in l. 2. C. ubi in rem act.) sed hujus, ubi quis nomine proprio conventus, in iudicio ipsi auctori significat, ut liti adsit ejusque defensionem simul cum ipso denuntiante suscipiat, (quam in multis à prioribus differre, nec, promiscuæ confusionis evitandæ ergo, usurpari posse præmonuit Berlich. lib. 1. præct. concl. tit. 24. n. ult.) hæc denuntiatio subintellecta fuerit, per ea quæ tradit Wesenb. ad tit. C. ubi in rem act. Sic & hanc præter præfatam vocari interdum etiam Laudationem testantur præter Zanger. de Exception. par. 2. c. 2. num. 133. Ant. Fab. lib. 13. tit. 12. de fin. 2. C. de jurisd. Robert. lib. 4. rer. judic. c. 9. Gilman. tom. 1. Symphorem. tit. 12. pag. 246. & seqq. quæ cum ab antiquo juris verbo laudare denominationem suam acceperit, inque lingvâ priscâ ejusdem sit significationis, quod verbum citare, vel nominatim appellare. Gell. lib. 2. Noct. Att. c. 6. ita Modestinus in l. 63. §. 1. ff. de evict. Laudare auctorem similiter pro denuntiare accepit, sicut ex collatione L. 6. §. 1. ff. de action. empt. L. 7. C. de Evict. satis colligi potest, proinde & hic laudare auctorem nihil aliud erit, quam titulum possessionis suæ dicere, & auctorem à quo quis causam seu titulum possessionis suæ consecutus est, arg. L. 13. §. 1. ff. de acquir. poss. l. 5. ff. de divers. & temp. præ-

B

script

II. *script.* Interdum etiam Postulationem qua postulari dicitur à venditore, ut emptorem defendat, prout ex l. 75. ff. de procurat. desumit Cujac. lib. 29. quest. Papias. in l. 66. §. pen. ff. de Evict. Quin imò & hanc sub voce Intimationis comprehendit, à Dd. tam juris Civilis quam Canonici, quibus alias hoc verbum intimare idem est, quod denuntiare, in genere sumptum, pro ut id deducunt ex l. 3. C. de judais & Clem. Cap. causam 8. extra de Elect. confirmatum est, quos & Stylus curiæ cujusvis sequitur, ita ut Germani his significationibus Die Litis intimation, item einen litem intimiren/item einem den Krieg ankünden / juxta praxin hodiernam utantur, per ea quæ tradit Carpz. Proces. judic. tit. 4. art. 4.

SECTIO IV.

Definitionem Nomīnis sequitur definitio Rei, quæ licet alias juxta effatum Favoleni in l. 202 ff. de R. J. propter multitudinem Exceptionum, quibus quælibet facile subverti potest, periculosa sit, ita ut vix ulla ob verarum differentiarum paucitatem, variasque negotiorum circumstantias perfecta videri possit, sicut exemplis hoc illustrat Philippus Matthæi Comm. ad d. l. 202. n. 5. & seqq. illa tamen præ aliis visa mihi fuit optima, quam dedit Ummius disp. ad process. jurid. tb. 5. quod nimirum

12. Denuntiatio litis, nihil aliud sit, quam litis motæ judicialis significatio, auctori judicii, suscipiendi, causæ defendendæ gratia, facta. quæ cum *ibid.* n. 15. in *indè* *satis explicata sit* plura quoad ejus perfectionem, hic transcribere, cum & eandem suam fecerit Eranzkius, in *Comm. tit. de Evict. n. 657.* minus necessarium duco.

MEM-

MEMBRUM II.

De Subjecto.

SECTIO. I

SUMMARIA

S ubjectum denuntians. n. 2.	Si venditor se occultet, denuntia- tio ad domum fieri poterit. n. 12.
Requisita denuntiantis. n. 2.	
Debet denuntians dum possidet actione in rem conveniri. n. 3.	Potest quoq; fidejussori denuntiari n. 13.
Suo nomine possideat necesse est. n. 4.	Si res per plures manus transit ultimo possessori denuntian- dum. n. 14.
Usufructuarii, Emphyteuta, & su- persficiarii certo respectu denun- tiare possunt. n. 5.	Exceptiones quando denuntiatio omitti potest. n. 15.
Cessionarius quoq; denuntiare po- terit, si nomen cessum cedentis non fuerit. n. 6.	Primo quando notorium est au- tori nihil juris in re vendita fuisse. n. 16.
Vasallus quoq; recte denuntiat ut à Domino defendatur. n. 7.	Quando pacto necessitas illa de- nuntiandi fuit remissa. n. 17.
Si dominus Vasallum denuncian- tem non defendit, isq; succum- bat, tenebitur vasallo de evi- ctione. n. 8.	Quando res per hypothecariam actionem evicta est. n. 18.
Depositarii & commodatarii denū- tiatione opus non habent. n. 6.	Si emptor & venditor simul ad ju- diciū vocentur. n. 19.
Subjectum recipiens. n. 10.	Omittitur quoq; denuntiatio in casu fortuito. n. 20.
Et absentis & presenti denuntiari poterit. n. 11.	Factum principis ad casus fortui- tos refertur. n. 21.

ET hæc de præcognitis, sequitur nunc tractatio ipsa, ubi ratione subjecti duplex mihi personarum respectus, nimirum ex parte Denuntiantis & Re-
cipientis,

5
cipientis, isque tam positivè quam privativè consideran-
 1. dus, obvenit. Denuntiantem igitur quod attinet, is est
 reus conventus, qui rem ab actore ex causa non merè
 lucrativa accepit, eamque ab alio evictum iri metuit,
 modo regressum adversus auctorem habeat de Evictione.
Umm. d. disp. 11. num. 16. Secus enim si esset, frustra & absq;
 effectu denuntiaret; Proinde quisquis sciens rem aliquam
 sibi acquirendo appropriare conatus fuerit, denuntiare
 non poterit, cum contra venditorem non habeat regres-
 sum, ita ut ne id quidem, quod ob rem dedit, repetere
 queat. *L. si fundum 27. C. de Evict. Donell. de Evict. c. 2.
 p. 216. Covar 3. var. resol. 17. n. 2. vers. ad eam Natta. conf.
 181. n. 1. Decius conf. 114. n. 4. Facb. 2. contr. 40.*

SECTIO II.

2. At quia non quivis ad hanc denuntiationem
 venire potest, ideoque in genere, antequam, ad speciei
 subjectum progressus fiat, ante omnia hic duo pranotan-
 da erunt, & quidem (1.) ut is qui rem controversam, quã
 ab Auctore consecutus est dum possidet (vel quod eodem
 3. recidit, dolo possidere desit *l. 27. §. 1. j. vel. §. 3. ff. de rei vindic.*)
 ab alio actione in rem conventus sit *d. l. 27. ibi in rem non
 contra venditorem, sed contra possidentem competit.* Frustra
 itaque desideras non tecum congruere, sed cum auctore
 tuo, rem vindicantem, cum te possidere contendas. *Ros-
 bach. prax. Civil. tit. 48. pr. & Dd.* Quod si enim quis rem
 planè non possideret, nullam haberet quem laudaret,
 ea propter multo minus ei litem denuntiare posset; Sed
 contra se statim in litem primordio actio (consequenter
 & denuntiatio) inanis esset, dum actorem nuda allega-
 tione, tibi contra me nulla competit actio, repellere
 posset

posset (2.) ut rem nomine & quidem suo (sub quo non illos, qui jus aliquod in re habent, exclusos esse, ex iis quæ infra subjiciuntur clarius patebit.) non alieno possideat. Licet enim hujus detentio in lata significatione interdum simpliciter possessio, interdum etiam naturalis vocetur *l. 7. §. 11. ff. Comm. divid. l. 38. §. 7. ff. de V. O. L. 2. §. 1. ff. pro hered. l. 2. C. ubi in rem.* at tamen quia Dominus rei tam possessionem quam proprietatem retinet, hinc nec civiliter, nec naturaliter possidet, *l. 9. ff. de Rei. vind. l. 8. ff. commodat. l. 17. §. 1. ff. depositi.* Nam Possessio hoc in loco aliter non, quam in propria sua significatione sc. pro facultate rem detinendi, conjuncta cum animo sibi habendi, accipi debet, quâ ratione vix erit, ut hæc denuntiatio ei competere possit, sed sufficit, si rei Dominium, eoque ipso litis dispendium declinando in eum transferat, prout ex iis quæ tradit *Umm. d. disp. 11. tb. 9. num. 39.* satis colligete est.

SECTIO III.

Ex quo hoc consequens est, quod sicut in realibus jura regulariter actionem dant, contra quoscunque possessores, qui rei restituendæ facultatem habent. *l. 25. ff. de O. & A.* nec respectum ullum ad certam personam dirigunt, sed potius rem ipsam afficiunt & prosequuntur *Myrsing. in Scholiis ad §. omnium verb. nunc ad realem Inst. de action. n. 21.* ex parte agentis, ad minimum jus in re adesse debet; itaque ex parte Rei possessio adeo est necessaria, ut etiam utrumque ab actore in libello non tam allegari, quam & in processu probari debeat. *Franz. in Comm. ad tit. ff. de rei vindic. n. 10.*

B 3

SEC

SECTIO IV.

Si vero Positivè Subjectum nostræ materiæ consideremus, de usufructuariis vel Emphyteutis, vel etiam Superficiariis quærendi datur occasio, utrum & hi auctoribus suis denuntiare litem queant? Sanè nemo id simpliciter affirmabit; Sed potius cum Dd. hoc distinctionis moderamine rem ita temperabit, ut prius perspiciat, quomodo tales ab actoribus in iudicium vocati fuerint; Quod si enim ratione proprietatis & Domini, quod ad Dominum fundi pertinet; unus ex his conventus sit, veluti si quis ageret contra usufructuarium, tanquam rei detentorem, nudamque tantum proprietatem vindicaret, certe usufructuarius proprietario, ut ipsi in liti assistat, denuntiare necesse non habet, cum hoc respectu rem fructuariam non possideat, *l. 6. §. 2. ff. de precar. l. 10. §. fin. ff. de acquir. dom.* Sed nominando Dominum proprietatis, cum solum de jure ipsius proprietarii, non autem ipsius fructuarii sit controversia, à lite statim eximatur; Ne ergo ille propter jus tertii dispendia litis patiat, æquum est, dominum rei controversæ nominatum audiri, atque sic eum à lite liberari. *Obrecht. disp. ad process. 12. p. 2. th. 170. Mynsing. 2. Obs. 58.* Si verò ratione juris in re, in abstracto considerato, & à jure illius, quem laudare intendit, planè separato, veluti si usufructuarius de jure suo, quod à proprietario acceperat, actione negatoria conventus esset, eo prætextu ac si ususfructus ad actorem pertineret, sanè ipsi denuntiatoriales, si eas petierit, non denegabuntur, dum nimirum reus de jure suo conventus illud suo nomine quasi possidet; Quicumq; autem convenitur, propter rem, quam ab alio nactus est, suoq; nomine

nomine possidet, ille & auctorem litem denuntiare potest, //
d. l. 49. ff. de iudic. Sin autem actor ab usufructuario ple-
 num dominium h. e. usumfructum cum proprietate
 vindicaret, tunc conventus similiter litem denuntiare
 potest, ita tamen ut ex parte proprietatis jus suum Domi-
 nus solus defendat, ratione vero usufructus denuntianti
 in lite assistat, atque sic usufructuarium contra actorem
 defendat. *Vult. ad d. l. 2. C. ubi. in rem act. Struv. Syntag.
 jur. Civ. vol. 3. Exerc. 27. tb. 20. Berlich. p. 1. Cencl. 24. n. 116.*
 id quod & secundum præfiguratos tres conveniendi mo-
 dos etiam in creditore, si fortè ratione pignoris, vel etiam
 in marito ratione rerum dotalium, controversia eis mo-
 veretur, pro discrimine casuum obtinere, pro ut ex iis
 quæ post *Speculat. lib. 2. part. 1. tit. de primo decredo §. restat
 n. 28.* reliquit *Socin. in C. Quoniam vers. quod si super. n. 112.
 & seqq.* quem etiam secutus *Umm. d. disp. 11. n. 39.* abundè
 liquet, ita ut ulteriori deductione opus non habeat.

SECTIO V.

At quid de Cessionario, poterit ne & hic denuntiare?
 æquè dubium est. Sed si perspiciatur utrum sc. illa no- 6.
 mine vendita vel cessa, vendentis aut vero alterius cujus-
 dam fuerint, tunc hoc casu quia ad evictionis præstationem
 cedens cessionario obstrictus est, cum aliàs communiter
 cessionarius jure cedentis utatur. *l. Epmtor. §. ubi. Bald.
 notat. i. C. de heredit. vend.* utique & ei denuntiandum:
 quod si autem appareret, nomen venditum auctoris ce-
 dentis fuisse, tunc quia cedens ad præstationem Evictionis
 non tenetur, etiam nec denuntiatio erit necessaria, sed
 potius liberari poterit, si nomina qualia sunt, præstiterit,
 modo tamen liquida & ad petendum fuerint efficacia, idq;
 absq;

5

(12) 80

absque ullo respectu, utrum debitor locuples fuerit, nec
ne l. 4. ff. de heredit. vel action. l. 47. §. ult. ff. de Eviēt. l. 26.
ff. mandati. imputet enim sibi cessionarius, quod in con-
ditionem debitoris (cum leges interdum curiositatem
inter contrahentes desiderent, arg. l. 1. §. 11. ff. de Sepa-
rat. l. 3. de fidejus.) non melius inquisiverit, Dn. D. Habn.
ad Wesenbec. tit. de Eviēt. n. 10. ubi in Academia Julia ita
judicatum fuisse confirmat.

SECTIO VI.

Coeterum quid de vasallo judicandum? Et sane
quamvis jus quod vasallus in re feudali habet longè pin-
gvius sit & fortius, ita ut sine domino litem super pro-
7. prietate suscipere possit, ipsique Domino præferri de-
beat, C. unic. de contro. inter vasall. & al. de benefic. 2. F. 43. Si
vasallo. 111. 2. F. 26. unde & res esse vasalli dicitur; d. c. unic. ibi: nec
tūc inficiabitur illig esse, & c. Rei autē, ibi: tanq, domino, de inve-
stitura de re aliena facti. 2 F. 8. Ne tamē à domino postmodū
Vasallus arguatur alicujus fraudis, quæ ex eo præsumitur,
quando Vasallus Domino denunciare potuit, illud autem
non fecerit, uti probat hoc Baldus ad d. c. 1. Si Vasallus,
per l. creditor 4. C. de distract. pig. Utique erit necessari-
um, ut & vasallus, qui Dominum evictionis nomine
convenire vult, litem sibi motam esse, tempestivè ipsi
denuntiet; quo is liti assistere, causam melius instruere, va-
fallumque defendere (quod & quarantare & quaranti za-
redicitur, c. 1. vers. si autem d. l. corradiz. F. 34. 24. à Germa-
nico wöchern vel wehren quod est præstare vel defende-
re, de quo videri possunt Lindenb. in Gloss. Cod. Leg. antiq.
lit. G. nec non Cluverius lib. 1. German. Antiq. cap. 9.) possit.
prout hoc denuntiationis domino faciendæ requisitum
diligenter inculcatur cap. unic. 2. F. 25. ibi vasallus dominum
vocavit

vocavit ut eum defenderet, & paulo post, ut eum defenderet, item ibi si vasallus cum de fundo interpellebatur autorem suum sc. dominum ut eum defenderet vocavit quâ de causa si tempestive vocato domino, denuntiationeque rite facta ad judicem is venire renuerit, vasallumq; probationibus suis, quibus forte abundabat instruere ac defendere neglexerit, atq; ita causam, quæ per se bona fuerat, 8. amiserit, ac propterea victus sit, Dominus ipsi nihilominus, de evictione obligatus erit, *arg. l. 13. § 1. ff. de Eviction.* Sibi enim imputet, quod causam non melius instruxerit, nec rem defenderit, cum judicis officio conveniat, & secundum acta & probata judicare, perindeq; sit sive jus sive probatio deficiat *l. 30. ff. de testam. tut.* ac sæpè bonæ causæ mala sit instantia, prout ex *l. 73. §. 2. de judic. notat. Cujac. lib. 16. obs. 32.*

SECTIO VI.

Jam subjectum privativè considerabimus, qui propter defectum juris in re, denuntiare non opus habeant. Tales sunt commodatarii vel depositarii vel etiam coloni & inquilini, quia propriè possidere nequeunt, sed alieno nomine tantùm detinent, pro ut *ex l. 3. §. 20. l. 10. §. 1. l. 18. l. 14. ff. de acquir. poss. arg. l. 6. §. 2. de precar. l. 2. C. de Præscript. 30. annor. l. 6. de peric. & commod. rei vend. l. 9. 33. §. 1. ff. de usucapion. l. 12. l. 18. & ult. ff. de vi armata,* satis liquet; ideoque ut supra *sect. 2.* dictum est, ii nec hac denuntiatione opus habebunt, dum per nominationem juxta tenorem *l. 2. C. ubi in rem. Domini factam.*

C

judi-

judicium evitare, inque eum transferre queant; Atque hæc de subiecto denuntiante.

SECTIO VII.

Sequitur subiectum recipiens; quod iterum vel per positionem vel Remotionem considerari potest, 10. quo circa si in quæstione CUI quærat, cuinam denuntiandum sit? ipsa denuntiatio auctorem à quo conventus rem controversam accepit, vel à quo quis causam habet, *l. Pomponius 13. §. cum quis 1. ff. de acquir. poss. l. auctore, 7. c. de Evict. in forum producet d. l. 49. ff. de iudiciis & d. l. 1. C. ubi in rem. Maranta p. 6. tit. de laudat. n. 1. Castrens. in l. Qui absentem ff. de procurat. Qua propter si forsitan Emptori evictio immineret, potest & debet hoc auctori denuntiare. *L. 55. §. fin. de Evict. ad quam, vid. Magnif. Dn. Brunnemau. in Comm. ad ff. l. 9. l. 23. C. eod. Wurmser. tit. 32. observ. 1. num. 6. Hart. Hartmannus. tit. 29. obs. 3. in fin. Anton. Gomez. Variar. resolut. c. 2. num. 39. Myns. 3. obs. 24. num. 2. Et quidem si unus auctor adest ipsi soli denuntiabitur.**

SECTIO VIII.

Nec refert cujuscunque conditionis ille sit utrum absens vel præsens in iudicio exstiterit, *arg. l. 1. C. ubi in rem. Wesenb. n. 21. l. 56. §. 6. ff. de evict. nisi quando ideo comparuisset, quod una cum possessore propter rem evincendam ad iudicium vocatus esset, quo casu ulteriori denuntiatione opus non esse, concludit Caballin. de evict. §. 3. n. 93. vel etiam illius motæ quæstio-*

nis

nis notitiam jam ante habuerit. Cum enim hæc denun-
 tiatio fiat non tam eo fine, ut auctor litem moveri co-
 gnoscat, quam ut ipse reus conventus declaret, quid sibi
 ab auctore fieri velit, ideoque non modo tutius, sed
 planè necessarium, ut & ipsi scienti denuntiatio fiat per
 ea, quæ tradit *Ummi. disp. 11. tb. 6. n. 20.* cum nemo te-
 neatur irrequisitus invito operam suam exhibere, aut
 in alienis rebus curiosus esse, juxta *Carpzov, process. judic.*
tit. 4. art. 4. num. 21. & lib. 3. Respons. jur. tit. 2. resp.
16. n. 2. Zoes. in Comment. ad ff. tit. de Evict. n. 23. id
 quod adeo procedit, ut licet venditor jurasset se ventu-
 rum ad defendendum in casu Evictionis, quod conven-
 tus ei nihilominus denuntiare debeat, cum semper ex
 tacità legis mente præsupponatur; juramento ta-
 citam notificationis in esse conditionem & legitimam
 significationem, requisitionemque præcessisse. *Trentl.*
2. disp. 7. Lit. a. Caballin. d. §. 3. num. 54. & seqq. un-
 de auctor licet promisisset, emptorem propriis sum-
 tibus defendere, reus nihilominus ipsi id denuntiare
 obstrictus est, si scil. emptor ita stipulatus est, utpote,
 quod in limine contractus periculum evictionis jam
 immineret. *Frantz. de Evict. n. 664.*

SECTIO. IX

Coeterum si vel venditor abesset *l. 56. §. 6. ff. de E-*
viçt. vel alia ratione fieret, quominus denuntiaretur,
 si postea redierit, adhuc ei denuntiandum erit; vel etiam
 venditor curasset, ne sibi denuntiari posset, is tamen
 nihilominus tenebitur *l. 56. §. 5. ff. de Evict.* Interim ta-

C 2

men

12. men non malè faciet, ut eo in casu quo aut venditor aberat aut se occultabat, denuntiationem saltem ad domum venditoris in quâ degit, fieri curet, ut eò melius vel domestici vel vicini, vel etiam inquilini ejus notitiam habeant, quo casu talem intimationem sufficere. *Exempl. l. 4. §. 5. de damn. infect. l. 5. §. 2. ff. quod vi aut clam cum Mascard. de probat. concl. 614. n. 19. & Gail. 1. observ. 55. n. 4. id confirmant.* Sed cum & hominum malitia tanta sit, ut sæpè emptor alium subornet, qui sibi litem moveat, ut interim pretium retineat, vel majorem dilationem solvendi pretii habeat *Vincent. Caroc. tract. de Sequest. part. 2. Qu. 10. incip. Quidam erat. n. 4. & 5.* Ideoque ut ejusmodi malitiæ obvietur communiter receptum est, ut ab utroque tam Emptore, quam novo litigatore juramentum exigì possit; quod non calumniosè litem moverint vel instituerint; *Jac. Menoch. lib. 2. arbitr. Quest. judic. cent. 3. cas. 224. n. 5. Anton. Hering. de fidejuss. c. 10. n. 237. tunc vero non aliter & seqq. Berlich. p. 1. concl. 24. num. 20.* Ad hoc autem juramentum deferendum venditor, si fortè perjurium emptoris vel novi litigatoris veretur, præcisè non adstringitur, sed dolum fraudem & malitiam emptoris & novi litigatoris probabilibus saltem conjecturis probare potest. *Jacob. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. Quest. cent. 3. cas. 224.*

SECTIO X.

Quod si verò præter hos casus non unus, sed plures adessent auctores, sanè omnibus denuntiandum erit, nec refert an plures vel ex contractu, an vero per
suc-

successionem facti sint, quâ ratione si plures forsan
 hæredes adsint, omnibus in solidum denunciabitur,
 omnesque etiam subsistere debebunt, unde & quoli-
 bet defugiente omnes tenebuntur. Sed cuique præsta-
 tio pro parte hæreditaria injungetur, quoniam evicti-
 onis indivisa natura est. *l. 85. §. 5. l. 139. de V. O. l. 3. l. 62.*
§. 1. ff. de Evict. l. 23. C. eod. Si vero hæreditas nondum
 sit adita, vel auctor post se nullum reliquerit, hereditati
 jacenti quo denunciatur, sufficiet; *arg. l. 56. ff. de Evict.*
Marant. Specul. p. 6. memb. 5. n. 14. Hiltrop. process. judic.
p. 2. tit. 28. Coll. jur. Arg. d. t. n. 11. Possetque si principalis
 auctor evictionis nomine certos dedisset fidejussores
 illis ipsis lis denunciari per *l. autore laudato 7. C. de*
Evict. quod tamen cum mica salis intelligendum, ita sc.
 ut in rei conventi libero arbitrio positum sit, utrum
 fidejussores, an principalem convenire malit. *Donell. ad*
l. 7. n. ult. Umm. in disp. 11. th. 6. n. 18. & licet fidejussores
 convenirentur, hi ad illorû indemnitatem rursus aucto-
 ri denuntiarent. Hac ratione & quæstio illa, num &
 procuratori nomine principalis sui denunciari possit?
 enodanda, & certo respectu negativè responderi potest,
 sive etiam omnium bonorum. *l. mora 32. §. 1. ff. de usuris*
l. item veniunt 20. §. n. ff. de heredit. petit. sive alicujus
 partis constitutus sit procurator; *Umm.* tamen aliquod
 casus excipit. *th. 6. num. 18.* ut si auctor sciat, procura-
 tori denuntiatum esse, *L. 56. §. 4. ff. de Evict.*

SECTIO XL

Quid autem si res transisset per plures manus &
 ultimo emtori moveretur quæstio juxta *l. 1. C. ubi in rem*

C 3

act.

14. *act.* Hoc casu ultimus Emptor denuntiabit litem proximo auctori à quo rem accepit, non auctori suo mediatè considerato, hoc est auctoris auctori, atque sic quilibet auctor suo auctori, usque dum ad primum venditorem perveniatur; *juxta Gloss. in l. 22. §. 1. verb. agere ff. de evict. Coll. juridic. Arg. dict. tit. n. 11. Carpz. d. Process. tit. 4. art. 4. n. 13.* Quanquam si actionem suam posterior auctor, adversus primum auctorem cessisset, secus dicendum sit. *Rosbach. prax. Civil. tit. 48. num. 6.* proinde neq; fidejussori auctoris denuntiare sufficiet. *Franz. tit. de evict. n. 693.* cui tamen alias necessario denuntiandum est, *l. 7. C. de Evict. ubi Donell. Wesenbec. ad d. l. 1. n. 27.* cum non ad defensionem, sed tantum ad id, quod nomine evictionis præstandum est teneatur, ac culpa & mora auctoris quoque fidejussorem etiam obstringat, *l. 88. l. 91. §. 4. ff. de V. O.*

SECTIO XII.

Et hæc omnia secundum regulam præcedere nullum est dubium; Coeterum cum eveniat, ut emptor nonnunquam etiam nulla facta denuntiatione ad evictionis præstationem agere queat; ideoque quibus in casibus illa etiam omitti possit, subjiciendum erit, in hunc autem numerum recipiuntur sequentes, veluti (1.)

16. Quando notorium est auctori nihil juris in re vendita competuisse, eumque omni defensione destitutum esse, *l. 11. §. 12. ubi Magn. Du. Brunneman. in Comment. ad ff. de act. emt. Covarr. 3. var. rescl. c. 7. illat. 6. Fachin. 2. Cont. 37. Go-*

37. *Gometz. 2. resol. n. 39.* tunc enim emptori bonam fidem agnoscere, & liti notoriè injustæ cedere liceret; *Wesenb. parat. ff. de evict. n. 5.* Imo dolo faceret, si evictionis præstationem subterfugeret, tanquam quæ certo extitura fuisset, si maximè liti motæ adfuisset; *Umm. d. Diss. ii. lb. 6. n. 21.* Quæ licet juri & maximè æquitati ita conveniant, tutius tamen reum conventum facere existimo, si etiam hoc casu auctori litem denuntiaret, per ea quæ habet *Bachov. vol. 1. ad Treutl. D. 2. tb. 7. lit. a. ad Wesenb. tit. de Evict. n. 5. lit. e.* ne is ob ommissam denuntiationem (quod scil. possessoris conventi non sit judicare) objicere, atque sic litigandi materiam sumere queat. (2.) Quando pacto necessitas illa denuntiandi per venditorem remissa esset, *l. 63. pr. de Evict. Magnif. Dn. Brunn. in Comment. ad ff. l. 14. §. 9. de Aedit. Edict.* quo casu sibi ^{17.} benè providebit emptor, si instrumento ejusmodi denuntiationis remissionem inferri curet, *Angel. in l. 8. C. de Evict.* ne postmodum re evicta aliis probationibus pactionem illam emptor opus habeat demonstrare, *Coll. jur. Argent. de Evict. tb. 8. n. 1.* (3.) Si auctore præsentem ^{18.} & non ignorante ejus procuratori denuntiarum, vel quod eodem recidit, si se ultrò defensionem obtulerit, *pro ut ex l. 6. §. 6. supr. sect. 8. dictum est.* (4.) Quando res per hypothecariam actionem esset evicta. *Vigel de except. 20. replic. 9.* tum enim potest emptor agere ad interesse contra venditorem ex illo capite, quod sibi res libera tradita non fuerit. *Jacob. Butrio in l. si tibi 25. C. de Evict. Angel. in l. 1. §. si heres ff. ad Trebell.* (5.) Si simul ^{19.} emptor & venditor ad judicium evocentur, ut quia hic partem aliquam prædii indivisi vendidit, ac postmodum prædium

prædium totum in litem deducatur, evocato utroque
 possessore, si enim ita sit præsens autor lis ei jam satis
 innotescet. *Franzk. d. loc. n. 680. & (6.)* Unde denuncia-
 tionis forma judicari potest, ita eam comparatam esse,
 ut venditor certus fiat, emptori suo litem de re venditã
 moveri, *Coll. jurid. Argent. tb. 8. n. 5* ita & (7.) Denun-
 tiatione opus non est iis in casibus, ubi evictio locum
 non habet, quia in eiusmodi casibus planè inutilis esset,
 ut in casu fortuito puta morte, rei interitu vel simili mo-
 do *l. si quis tibi 26. c. 2. de Evict. l. si servus 21. eod.* aut si per
 vim majorem emptori auferatur. *l. ult. C. de act. empt. l.*
Lucius 2. ff. de Evict. Ratio in promptu est; tum quod ne-
 mo rem evincat, sed fatum humanæ Sortis, ut de servo
 mortuo loquitur *Ulp. in d. l.* tum quod non qualibet
 20. causa sufficiens sit, ut evictio præstetur, sed saltem ea,
 quæ vendicationem antecedit, quales non sunt casus
 fortuiti ut pote post illam contingentes, *l. 1. verb. auct.*
C. de peric. rei vend. l. Lucius. 2. ff. d. t. ubi Paulus disertè
 respondet, fortuitos casus evictionis post contractam
 emptionem, ad venditorem non pertinere; Sed huic
 Pauli assertioni, obstat decisio Africani in *l. si fundus*
33. ff. Locati, ubi *in verb. Nam etsi venditoris* etiam
 contrarium asseritur & dicitur, quod si fundus venditus
 per Principem publicatus sit, venditor ex emto teneatur
 & ad restitutionem pretii obligatus sit. Conciliatio
 autem ex distinctione temporum facile apparet. Nam
 in dicta *L. Lucius.* distractio & assignatio possessionum
 facta fuit, post earundem traditionem, quia quæstio
 inter emptoris heredem & venditorem mota proponitur,
in d. vero L. Si fundum, publicatio fundi statim fuit fa-
 cta.

Et post venditionem contractam, priusquam vacuus traderetur; ut ait ipse Africanus, hoc modo & Accursius in *d. L. Si fundus* conciliat hos textus. Unde cum illic plenum jus quoda. venditore in emptorem transit, non immerito quoque periculum quod ex facto hujusmodi Principis, cui non minus ac alii vi majori resisti non potest, oritur, ad eundem qui in effectu pro domino habetur, transit. Majus adhuc obstaculum ponere videtur, §. *cum autem 3. inst. de empt. vend.* cujus expressa verba sunt, quod periculum rei emtæ etiam ante traditionem contingens ad emptorem pertineat, quemadmodum & fructus ejusdem sunt. Difficultas hæc, tanta etiam visa fuit summis viris Cujacio & Hortensio ut is tract. 8. ad African. in explic. *d. L. Si fundum*. Hic in *Comment. ad Inst. d. §. 3. cum autem*. Antinomiam inter *d. §. 3. & d. l. fundus* agnoverint, assertionemque Africani probabiliorem duxerint. Verum distingvendum inter periculum evictionis quod est *Juris*, & inter aliud aliquod interitum vel ablationem rei simplicem respiciens, quod est *Facti*. Puta si domus incendio, fundus chasmate pereat, vel alias res mobiles furto subtrahantur. Priori casu interest num publicatio Principis fiat ante vel post traditionem rei factam; Illic periculum est venditoris, hinc Emptoris. Ratio differentia, quod in illo casu res tradenda, propter Dominium universale rei publicæ, quod in singulis rebus privatorum cum singulari cujusque concurrat, & in certis casibus utilitatis aut necessitatis publicæ causa sese exerit, in effectu fiat aliena, & perinde habetur, ac si statim ab initio res aliena vendita esset, hoc saltem discrimine quod quando

D

res

res alterius revera est, quia tum venditor culpa non vacat, si ab initio res sibi evincatur, ut tradere non possit, ad id quod interest, ubi vero per Principis potestatem sua esse desinit, quia extra culpam est, ad restitutionem pretii saltem emtori teneatur. *d. l. si fundus 33. locati.* Causa itaque & vitium subesse censetur tempore contractus & dehinc æquum est ad exemplum, ubi res venditori ipsi evincitur emtor indemnus servetur; Quod non ita est hoc posteriori casu, ubi venditor & rem propriam vendidit & tradidit, & pleno jure quale ipse habuerat emtoris fecit; unde non mirum, quod publicatio & per illam evictio postea contingens, cum illius causa, tempore contractus vel traditionis non antecessit, ea periculo emtoris fiat, videri quodammodo posset, ac si priori casu injuria quædam venditori cujus fundus ita publicatus est, inferatur; at minimè talis est, propter jus universale dominii, quod Reip. & Principi competit in rebus privatorum, vel licet aliqua subsit, tamen sicut ea, quæ emtori per judicem ex imprudentia & errore rem emptam petitori seu evincenti ad judicantem inferitur, venditorem non contingit, *L. si per imprudentiam 53. ff. de Evict.* ita nec emtori nocere debet illa, quæ ab initio per publicationem hujusmodi venditori inferitur, quemadmodum nec ideo immunis esset venditor à restitutione pretii, si per imprudentiam aut errorem judicis ante traditionem fundus venditus, ut tradi non posset, evictus esset. Ex quo judicium fieri potest de vulgata Dd. assertione, quod nempe factum Principis inter fortuitos & insolitos casus reputandum, & de eo venditor obstri-

obstrictus non sit. de quo, vid. post. Johann. Baptist. Costam. de rata. Quæst. 136. num. 21. Frantzck. de Evict. num. 777. seqq.

MEMBRUM III.

De Objecto & Forma, aliisque huc pertinentibus Quæstionibus,

SECTIO I.

SUMMARIA

<p>Objectum denuntiationis sunt omnes contractus in quibus evictio Locum habet. n. 1.</p> <p>Denuntiari potest in Emptione venditione, & datione in Solutum. n. 2.</p> <p>Item in Legato Generis. n. 3.</p> <p>Si testator ignorans rem alienam leget, denuntiari non potest. n. 4.</p> <p>Locus quoque est denuntiationi in dotis constitutione. n. 9.</p> <p>Periculum nominis in dotem dati aliquando est viri, aliquando mulieris. n. 10.</p>	<p>Obtinet quoque denuntiatio in generali hereditatis divisione, ab ipsis heredibus facta. n. 5.</p> <p>Eaque tam judiciali quam extrajudiciali. n. 6.</p> <p>Nisi expresse aliter conventum sit inter heredes. n. 7.</p> <p>Quando evictio ex natura seu qualitate ipsi rei inherente contingit non locus denuntiationi. n. 8.</p> <p>Quando maritus scienter nomen in idoneum loco pecunia admittit, Ipsius est periculum. n. 11.</p>
--	---

D 2

Obtinet

Obtinet quoq; denuntiatio in donatione in solutum. n. 12.	Denuntiatio à iudice decernenda est. n. 20.
Item in donatione. n. 13.	Tertium requisitum formae consistit in hoc, ut fiat modo decenti. n. 31.
Tam in re corpali quam incorporali. n. 14.	Copia citationis & Libelli auctori mitti debet. n. 22.
Ratione formae requiritur ut denuntiatio fiat tempore congruo. n. 15.	Judex auctori certum debet praefigere terminum intra quem compareat, reumq; defendat. n. 23.
Tam ante quam post litem contestatam denuntiari poterit. n. 16.	Termino durante & auctore absente in causa non procedendum. n. 24.
Non tamen post publicatas attestationes. n. 17.	Utrum in scriptis an sine scriptura fieri debeat haec denuntiatio Cujusvis curiae Stylo relinquendum. n. 25.
Nec facile in Appellationis instantia. n. 18.	
Secundum requisitum formae est ut denuntiatio fiat loco idoneo. n. 19.	

Objectum, quod attinet, illud potissimum consistit in rebus, quibus ex variis causarum titulis quaestio moveri potest, ut autem illud eo melius elucescat, hic tanquam pro regula praesupponendum erit; Quod in omnibus contractibus, in quibus evictio locum habet, ut in emptione, venditione, locatione, conductione, transactione, permutatione, denuntiare liceat, per *L. 52. ff. de Evict. L. 8. C. de Sent. & interloc. l. 26. c. de Evict. Zanger. de Except. p. 2. c. 2. n. 10.* idq; ideo quod propter praestationem Evictionis, haec denuntiatio ob hoc introducta sit, ne ea intermissa, reo convento pracludatur adversus suum auctorem regressus *l. 53. §. 1. ff. de Evict. Carpz. de process. tit. 4. art. 3. n. 9.*

Atque

Atque ita si hæc non subsit, illa in vanum abeat. *Ulm. d. disp. 11. tb. 6. num. 22.*

SECTIO II.

Cum autē inter cœteras causas ipsa Emtio & venditio
 primarium sibi locum vindicet, *l. 2. c. de peric. & commod. rei vendit l. 11. §. 2. ff. de action. empt.* huicque evictio
 principaliter & tanquam proprietas quædam inhæreat, ^{2.}
 adeo ut etiam primitus litis denuntiatio in ea recepta
 sit, proinde plerumq; in jure evenerit, ut ubi de evictio-
 nis præstatione agitur, emtionis & venditionis mentio
 facta fuerit, *tot tit. & l. 53. §. ult. l. 96. §. 1. ff. de Eviçt.*
 postmodum etiam ad alios contractus similes veluti per-
 mutationem, quæ vicem emtionis obtinet, *l. 26. ff. de jure
 dot. l. 19 §. 5. ff. de Aedil. edict. l. 2. c. de rer. permut. non
 tantum accommodata, l. 1. c. de permut. l. 29. c. de Eviçt.*
 verum etiam ad dationem insolutum, ob similitudinem
 tracta fuerit *l. 4. c. de Eviçt.* id quod & in legato proce-
 dere, textus in *l. 29. §. 3. ff. de Legat. 111.* satis innuit, addito ^{3.}
 tamen hoc temperamento, ut si legatum in genere puta
 quantitas homo aut fundus, relictum esset, simpliciter
 Eviçtio præstari debeat, *l. 49. §. 1. l. 71. §. 1. de leg. 1.* Sin
 autem in specie testator scivisset rem alienam esse, quam
 legavit; de eviçtione quidem hæres teneatur; Non ve- ^{4.}
 rò si ignorasset, cum & hoc casu legatum planè non de-
 beatur, nisi legatarius ipsi testatori conjunctus foret,
 aut legatum propter merita à legatario in testatorem
 profecta, relictum esset, juxta *Gloss. in l. 2. ubi & Sicbard.
 n. n. c. de Eviçt. Caball. de Eviçt. §. 4. n. 9. & mult. seqq.*
 Non solum autem in legato verum etiam generali vel

- totali hæreditatis divisione locum habere expeditum, est, hac enim facta, hæres hæredi obligatus est; ut si ipsi ratione rei ex hæreditatis divisione acceptæ lis moveatur, litis denuntiationem coheres patiat, & ipsum postea adversus invasorem suum defendat; *l. si fratres 7. C. Commun. utriusq. judic.* Distinctio tamen hic locum habebit, utrum hæreditas divisa fuerit à testatore ipso, vel ab ipsis hæredibus; In illa quemadmodum hæres cohæredi suo ad Evictionis præstationem non tenetur, ita nec ad defendendum per litis denuntiationem cogi poterit, *Umm. disp. 11. tb. 27.* in hac vero sicut evictioni ita, etiam litis denuntiationi locus erit, per rationem, quod divisio à partibus facta vicem permutationis obtineat per *l. Communi dividund. 7. §. si debitor 13. ff. Commun. divid. Caball. §. 4. n. 11. vers. coheredes tenentur.* Ampliare adhuc regulam hanc licet, quod scilicet tam in extrajudiciali hæreditatis divisione, quam in ea quæ à iudice facta fuit locum habeat, per *l. si familia 14. C. famil. hercisc. Caball. d. §. 4. n. 51. Berlich. concl. 24. n. 55.* Limitatur (1.)
7. Quando hoc expressè actum est ne alter coheredum alteri nomine hereditatis divisionis teneatur, provisio enim hominis facit cessare provisionem legis, *l. fin. C. de pact. convent. l. 21. C. de procur.* (2.) Quando dividentes rem controversam evictionis periculo subiacere tempore factæ divisionis sciverunt, cum inter scientes actio Evictionis non detur, *l. si fundum. 27. C. de Evict. §. si fratres 7. C. Commun. utriusq. judic.* Denique (3.) Quando Evictio ex Natura rei seu qualitate ipsi rei inhærente contingit, *d. l. 14. ff. famil. hercis. vid. Caball. d. loco. Berlich. concl. 24. n. 60. §. seqq.* ubi plures adhuc limitationes recenset,

cenſet, ultimamque noſtram duobus his elegantiſſimis exemplis illuſtrat; Si nempe in hæreditatis diſiſione uni fratrum prædium Emphyteuticum vel feudale, alteri vero allodiale obveniat; primus vero cum ſine heredibus maſculis decedat, Dominus Emphyteuſin vel feudum ad ſe revocet, non poterit filia ſuperſtes contra patrum actionem eviſionis inſtituere, minusque denuntiare, *Gloſſ. in d. l. Si familia 14. C. Familia herciſc. Hartm. Piſtor. Quæſt. 10. n. 8. lib. 2.* Alterum exemplum hoc erat, ſi nempe in diſiſione hæreditatis uni res fideicommiſſo gravata obveniat, hanc ſemel acceptans, non poterit poſtea, caſu ſcil. fideicommiſſi eveniente, aliis cohæredibus litem denuntiare, nec contra eos de eviſione agere. *Caball. de eviſt. §. 5. n. 33. & ſeqq.*

SECTIO III.

Locum itidem habet in dotis conſtitutione, ideoque ſi marito ſuper re in dotem data controverſia mota fuit, tam uxori quam alii à quo res in dotem data, litem rectè denuntiat, per *l. rem in præſenti. 1. §. & ut plenius 1. C. de rei uxor. act. junctâ. l. eviſta 1. C. de jure dot.* ita tamen ut ſi ab extraneo dotis conſtitutio provenerit, diſtingvendum ſit, utrum dos à promiſſione, an vero à traditione inceperit; hoc caſu neque eviſtio nec litiſ denuntiatio locum habebit; illo vero denuntiationi omnino locus dabitur, per ratiõnem traditam à *Casp. Caball. §. 4. n. 7.* Quod ſi verò conſtitutio dotis provenerit ab uxore, aut alioqui aliquot dotare obſtrictus eſt, tunc utroque caſu non tantum Eviſtio, ſed etiam litiſ denuntiatio obtinebit, arg. *l. ſi pro re pupilli 22. §. 1. ff. de Eviſtion*

*Eviotion nisi marito res aliena in dotem data fuerit, Bart.
& Sichard. ad l. 1. C. de jure dot Richt. deciff. 36. n. 33*

SECTIO IV.

Ventilari non inconvenienter hic potest, illa satis intricata quaestio, cujus periculum sit nominis in dotem dari? Tres casus hic hic maximè distingvendi erunt (1.) Num nomen simpliciter in dotem promissum & datum sit. (2.) Num promissum & datum interveniente aestimatione & quidem tali qua pretio fit & venditionem faciat, uti plerumque alias in dubio si circa constitutionem dotis illa adhibeatur, ita fieri praesumitur. *l. unic. §. cum ex stipulatu. 9. in fin. & §. cum Lex julia 15. vers. licet enim. Anastasiana C. de rei uxor. act. l. Quoties 5. & l. cum dotem 10. C. de jure dot.* (3.) Num dos in certa pecuniae quantitate promissa datione nominis soluta sit, qui casus continetur *in d. l. promittendo 41. §. 3. 4. de jure dot. & alias communiter.* Primo casu periculum indistincte est mulieris *d. l. Mevia. 49. ff. solut. matrim.* tum quia dominium nominis per cessionem hujusmodi non in perpetuum transit in maritum, sed illius saltem est subtilitate juris, quod ad quosdam effectus vindicandi scil. & percipiendi fructus, potentia vero & jure naturali mulieris manet, quatenus soluto matrimonio dotem maritus reddere tenetur *arg. l. Quamvis 75. ff. de jure dot. l. 4. ff. de collat. bonor. l. pater 14. ibi quae dotene jure proprio ff. ad l. Falcid. maximè de jure noviss. post Justiniani Constitutionem in l. 3. C. de jure dot.* quasi illius Dominium non tam in maritum verè translatum quam durante matrimonio in persona mulieris per administrationem

strationem viri potius suspensum fuerit, statim atque
 matrimonium dissolutum est, iterum in actum suum
 pristinum prorumpens, non secus ac dominium illius,
 qui apud hostes fuit, reditu in urbem, vel ex cuius ma-
 teria in alieno solo ædificatum fuit, ædificio sublato vi-
 res suas exerit, quod durante servitute & ædificio vide-
 batur saltem ratione suspensum, §. 29. *cum in suo solo. ibi:*
nec tamen is qui materia Dominus fuerit. Inst. de rerum di-
vis. l. adeo 7. §. cum in suo, de acq. rer. dom. quod & Hor-
tens, in d. princ. inst. quib. alienare licet vel non, & Giphart.
in d. l. in rebus 30. Cod. de jur. dot. Col. 3. in pr. observa-
 runt; Tum & secundo, quia nomen hoc modo in-
 dotem dando, hoc saltem agi videtur, ut maritus pecu-
 niam exigat & in dotem convertat, quod si per inopiam
 debitoris cessi non fiat, nihil quoque dotale fieri & con-
 sequenter nec mariti periculo subiacere potest, elegan-
 ter *Castr. in d. l. Mevia solut. matr. n. 5. Frantzkius de*
Evid. n. 71. & 72. Secundo casu periculum indistinctè
 est mariti, quia tum vera venditio contrahitur, & pre-
 tium ab illo constitutum, succedit in locum nominis in-
 dotem dati, maritusque debitor pretii constituitur, no-
 menque in dotem datum tale esse desinit. *l. 8. C. de jure*
dot. & ea propter sicut nomen illud pro lubitu alienare
potest, ita etiam omne periculum perfert. l. plerumq. 10.
in prin. & l. si res æstimata 14. ff. de jur. dot. Sibi enim
 imputet maritus, quod ita indifferenter contraxerit, &
 constituto certo pretio nomen sibi irrevocabiliter ap-
 propriaverit. Nec obstat, quod æstimatio saltem cor-
 poris non nominis sit, quod ipsum & in se continet æsti-
 mationem, si quidem certum est, nomen vendi posse,

E

tot.

tot. tit. ff. de hered. vel action. vend. quod dici nequiret si
 non pateretur æstimationem, & aliud sanè est de pecunia
 numerata seu certa quantitate, aliud de jure seu de no-
 mine, quod in hac parte corporis naturam habet, loqui.
 Tertio casu distingvendum est, num maritus scienter
 nomen inidoneum loco pecuniæ in dotem datæ, quale
 statim ab initio est, cum recepit admisit, an vero igno-
 ranter; Priori casu illius est periculum de quo loquitur
 textus in l. promittendo 41. §. 3. vers. quod si jam ff. de jure
 II. dot. posteriori mulieris; Etsi enim suo modo & per de-
 lationem nominis in solutum æstimatio quædam nomi-
 nis pro pecunia illa, pro qua solvitur fieri & emtio ven-
 ditio contrahi videatur, quatenus quodammodo mari-
 tus creditor pecuniæ & in dotem promissæ nomen illud
 pro pecunia sibi emtum habet, quia tamen hoc directò
 ut superiori casu non agitur, vera quoque venditio no-
 minis non contrahitur, & dehinc periculum ita indi-
 stinctè non est mariti, quatenus tamen scienter pruden-
 ter pro pecunia alioquin illi solvenda nomen inidoneū
 admisit, rationis est, ut ob hoc durius constringatur,
 quam qui juxta primum casum nomen, quale in dote
 promissum, & datum est, simpliciter accepit, *Castrens*
in l. Media. num. 5. Johann. Campes. de dot. part. 2.
Quæst. 79.

SECTIO V.

Quamprimum verò creditori super re illa quam
 in solutum accepit controversia movetur, quin auctori
 suo litem denuntiare possit, dubitandum non est, ex textu
 II. l. si prædium 4. C. de evict. l. eleganter 24. princ. ff. de pign.
 act.

act. Ratio insuper adjicitur in *d. l. C. d. t.* dationem nempe in solutum venditionis vicem obtinere *l. fin. ff. ex quibus caus. in poss. Don. ad. d. l. 5. Scotan. in Examin. jurid. tit. de Evict. p. 5. 38. Habn in observat. Theor. pract. d. t.* Locus quoque erit denuntiationi nostræ in donatione scil. quando donatarius sibi de evictione caverit, cum alias regulariter in donatione nulla evictionis præstatio sit. *Secund. Magnif. Dn. Brunneinan. in Comm. ad. c. l. 2. de Evict.* Porro hîc notandum, quod ad evictionem quis obstrictus sit, sive conveniatur de re corporali, eaque vel mobili, puta frumento vel vino, vel Immobili puta fundo aut ædibus. *Umm. disp. 11. tb. 8. n. 28 Vel incorporali puta rei acquisitæ, usufructu, usu alioque simili jure evicto l. 38. §. de. V. O. l. 45. l. 56. §. 3. ff. de Evict.* Et ibi *Duaren. & Cujac.* adeo ut non referat, tota res vel ejus pars in controversiam inciderit, cum de his constat, quod illis evictis si non modo ut principales *l. 1. l. 64. ff. de Evict.* sed ut accessiones in contractum deducantur, actio de evictione competat, modo nominatim hac de re actum fuerit, *l. 5. ff. de Evict.* Si quidem eo casu pro parte rei venditæ habeatur, *l. 31. §. ult. l. 32. ff. de adilit. Edict.* quo circa etiam si pars rei emptæ evincatur pro indiviso, pro quantitate partis emtor habebit regressum *l. 1. l. 69. §. ult. ff. de Evict. Myns. 1. obs. 56.* Si verò pro diviso res evicta esset, pro bonitate partis evictæ regressus erit, & si reliquum esset tantum, quantum in contractu fuit, ut si v. g. fundum centum jugerum venditor tradidisset, fines tamen ampliores demonstrasset, quamvis id quod reliquit centum jugera habeat, tamen in id quod amplius est demonstratum venditor

tenebitur. l. 54. l. 64. §. 3. de Eviēt. & ibi Magnif. Dn. Brunnemann. in Comment. ad ff. in parte autem evicta, agitur ad faciendam bonitatis æstimatimentionem, quæ tempore non quidem eviētionis, sed venditionis fuerat, l. 13. d. t. ibidemq. Constatin. adversar. part. 4.

SECTIO VI.

Coeterum quod ipsam formam attinet, tunc ut denuntiatio legitimè facta censeatur, sequentia tanquam
 15. necessaria observanda erunt, & quidem (1.) ut fiat tempore congruo & legitimo, de quo Magnif. Dn. Brunnem. & Pomponita in. l. 29. §. ult. ff. de Eviēt. Quolibet tempore venditori denuntiari potest, quod de ea re lis mota sit, dum tamen ne prope condemnationem id fiat, quæ verba cum communiter Dd. alieno sensu non accipiant,
 16. quam quod quolibet tempore (h. e. tam ante quam post litem contestatam, atque ita quodocunque ante sententiam, dum tamen ne prope ipsam condemnationem id fiat:) ante conclusionem. Sicuti Vultej. ad l. 1. n. 60.
 17. interpretatur, vel ut Wesenbee. ad eandem Legem ante publicatas attestaciones, cum postea ob Subornationis merum ulterior productio non detur, Auth. Qui semel C. de probat. Carpz. process. judic. tit. 4. art. 3. n. 20. auctori-
 lis denuntiari possit, ita ut ei adhuc sit integra defensio, & si quam novam exceptionem haberet, eam in iudicio proponere queat, prout apud Marant. in spec. part. 6. n. §. Schneidew. n. 5. ad §. 28. rubric. de action. ex empt. n. 51. Umm. disp. 11. n. 29. Vult. ad l. 1. C. ubi in rem n. 60. Covarr 3. var. resol. cap. 17. n. 8. Carpzov. Respon. lib. 3. tit. 2. resp. 19. Coll. jur. Argent. tit. de Eviēt. rubr. de Nominatione th. 8. pr. &.

pr. & alios videre est, ita etiam nec ab ea interpretatio-
 ne jus Saxonicum recessit, sed ut eam jure civili confor-
 mem haberet, per *Const. Elect. in Ord. process. judic. tb. 14.*
verb. Es würde gleich vor oder nach der Litis conte-
 station gesucht zugelassen / zu recht darauß erkant /
 daß derjenige welchem die denuntiation geschehen /
 soll auff des beklagten anhalten / zu dem nach fol-
 genden Termin vorgeladen. confirmatum est. Utrum
 autem ea intermissa in prima instantia postmodum quis
 in instantia appellationis ea frui queat? Id quidem
 communiter Dd. in casu, quo denuntiatio jura sua adhuc
 essent integra cum *gl. in l. 29. §. fin. ff. de Eviēt.* approba-
 runt, sed quia hoc nimis periculosum esset, ita ut si ad
 secundam instantiam denuntiatio protraheretur, ea
 denuntiatione omissa venditori adhuc daretur ex-^{18.}
 ceptio quæ invito non extorquetur, ideoque tutissimum
 erit, si denuntiatio statim à tempore litis motæ fiat, pro-
 indeque denuntiatus causam jam inde ab initio plenè
 instituere poterit, *Umm. disp. 11. tb. 8. num. 28. in fin. l. Si*
rem §. fin. ff. de Eviēt.

SECTIO VII.

Præterea necessarium erit (2.) ut fiat etiam idoneo
 loco & quidem pro tribunali, ubi jus dicere judex con-^{19.}
 suevit, hinc quia lis hæc realiter & in judicio moveri de-
 bet, *arg. l. 24. C. de Eviēt.* extrajudicialis illa denuntiatio
 vel auctoris alicujus jactabundi vox, aut etiam superve-
 niens nuda noticia rem esse alienam, non sufficit. *Carpz.*
Jurispr. Pr. 2. C. 34. def. 32. Verum opus est etiam ut ipsi
 auctori lis mota non tantum notificetur, sed etiam ut

E 3

autor

autor ad litis assistentiam requiratur, quo reus conventus in iudicio ab eo defendatur. *l. 21. C. & ibi interpellare venditorem vel eius successorem debes, ut tibi assistant causamque instruant. l. 23. C. de Evict. l. 29. ff. de Evict. & ibi. Magn. Dn. Brunnem. in Comment. ad ff. & C. cap. ult. X. de empt. vendit.* Est enim laudatio hæc tanquam pro citatione, quæ sicut in loco iudicii, prout constat, ex *Socin. de citat. art. 17. n. 1.* ut actus judicialis committitur; *l. ult. pr. C. de in jus vocando. Raiger process. judic. disp. 2. tb. 8.* ita & hæc ipsa denuntiatio à iudice decernenda erit, *Hiltrop. process. judic. p. 2. tit. 28. n. 15. Schneidw. ad §. 28. Inst. de act. emp. n. 45.* ut venditor eò magis certior fiat, Emtori suo litem de re vendita moveri *Coll. jur. Argent. tit. de Evict. tb. 7. n. 7.* cum hac in parte sola & simplex certioratio non sufficiat, sed & intimatio requiratur. *Bart. in l. denuntia §. 5. ff. de adult.*

SECTIO VIII.

Ex quo fluit tandem circa denuntiationem requisitum (3.) nimirum ut fiat etiam modo decenti, id est, ut autor de genere litis motæ instruat, missa copia citationis & libelli, partim ut intelligat successori litem verè motam esse, partim etiam ut auctor secum consultare possit, quid de postulata defensione iudicare debeat; an cedere an vero contendere velit, *l. 1. ff. de edend. arg. Clement. causam de Elect. ubi gloss. quam Sequitur post Cardin. & Dd. Felin. in c. cum. contingat. de Rescript. concl. 6. Papiens. in praxi tit. 3. Gloss. ult. n. 27. Covarr. 3. var. resol. C. 17. n. v. 3. Caball. §. 3. n. 30. cum seqq. Franz. de Evict. n. 8.* Et quamvis non desint qui hanc libelli & actorum

a actorum transmissionem necessariam esse inficiuntur, eo quod venditor simplici Emtoris verbo, si bonus vir reputetur, credere debeat *arg. l. 20. ff. Commod. & eorū quæ notantur in l. 73. ff. de Condit. & demonstr. prout in specie post Angel. in l. Emtor. c. de evict. Ludov. Roman. ad l. non solum 8. §. morte ff. de oper. nov. nuntiat. Vult. ad l. 1. C. ubi in rem act. n. 50. in foro tamen & communi pragmaticorum suffragio, id satis assertum & receptum esse testis est Carpz. *supr. d. l. id quod etiam Sereniss. Elect. Saxon. in ordinat. process. tit. 14. ibi und ihme von dem me was allenthalben von den Partheien vorgebracht abschrift und völliger bericht überschicket worden.* confirmavit. Nec turbet, quod hoc in casu moveri posset, possessori convento de quaestione mota deponenti ac protestanti fidem etiam adhibendam esse; Hoc n. obtinere hic non potest, cum nulli in eo quod emolumentum ipsius, & onus alterius concernit sufficienter credatur, *arg. l. 10. ff. de test. L. 10. C. eod. ad quam Magnif. Dn. Brunnem. in Com. ad C. Siquidem inde sequeretur, denuntianti necessitatem protestandi nunquam incumbere, cum tamen alias ordinariè à iudice libelli & petitionis productæ Exemplum dari soleat, quo reus conventus, quis & qualem litem moveat actor, & quatenus in causa progressum sit, quod ex libello maximè constare potest, callere queat, Umm. *disp. 11. tb. 8. n. 2.* & ita cōsequenter ut universa denuntiatio transmittatur necessum non sit, cum ex inde satis superque denuntiationis forma completa videatur. Quomodo vero ejusmodi denuntiationis formula concipi debeat, videri potest apud *Gilman. in Sympbor em. tom. 1. tit. 12. p. 264.***

S E C

SECTIO IX.

Coeterum cum nemo etiam nocentissimus damnari inauditus possit *l. 74. §. 2. ff. de judic. l. 4. ubi Bart. C. de Sentent. & interloc. l. 6. junctâ Gloss. verb. non posse, C. de accusat. l. 6. C. unde vi l. 1. & tot. tit. C. de requitr. reis c. 1. in fin. nec nos contra in auditum X. de caus. propr. nisi termino defensionis, ut quæ cuique patere debet. Carpz. in Crim. p. 3. 9. 113. n. 6. Reufner. lib. 3. cons. 1. n. 7. ante omnia*
 23. *concesso atque assignato Angel. tract. malefic. ad verb. Qui iudex inquisitus n. 1. allegatus à Wesenbec. parat. de accusat n. 12. circa fin. ideoque quando reus autorem suum in iudicio nominaverit, ac petierit à iudice, ut legitimè lis ei denuntiaretur; ipse iudex coram quo auctor actionem & reus laudationem suam proposuit, in denuntiationis literis, certum potest auctori præfigere terminum, intra quem compareat reumque defendat, arg. l. 2. C. ubi in rem act. cap. ult. §. fin. X. ut lite non contestata, proinde termino à iudice ita constituto & ad denuntiandum concesso, eò magis hoc innotescat, utrum interea in causa principali iudex ulterius procedere queat, an vero officium illius, termino durante quiescat? præsentia vel absentia ipsius auctoris denunciati tali modo id decidat, ut si ille absens esset vel alio in loco degeret, tam diu supersedendum sit, usq; dum termini dies venerit; Si vero modo in memb. 2. sect. 8. dicto autor laudatus sit præsens, iudicium inde non suspendatur, sed iudex nihilominus in causa procedere potest, prout post Marant. in spec. p. 6. n. 5. n. 8. Myns. approbando, quod in Camera ita iudicatum fuerit, cent. 5. obs. 14. confirmat. Hiltrop. process. judic. part. 2. tit. 28. n. 4.*

SEC-

SECTIO X.

At utrum ea in scriptis semper, an vero sine scriptura fieri possit; Id potius ex cujusvis Curiae stylo, qui indies varietatem recipit Reichs Abschied zu Speyer de Anno 1557. §. Die weil ibi: Diemell aber unserem Cammergericht durch vielfältige veränderung der beysitzer / auff dessen aller wohlhergebrachter Gebrauch und Stylus bey vorab in erlernung des process. zu vielmahl geändert. *Scaccia de judic. lib. 2. c. 3. n. 277.* ac consuetudine quorundam judiciorum, & quid in illis observetur judicandum erit, imprimis vero an autor denunciandus sit praesens, vel alio vivat loco, quo casu tutius esse videtur si ei in scriptis intimaretur *Frantz. tit. de Evict. num. 699.* Quamvis quidam sint qui id judicis arbitrio an ad requisitionem rei conventi litem auctori in scriptis, an vero viva voce, modo idactis inseratur, an vero per nuntium denuntiare velit, dijudicandum relinquunt; prout ex *Wesenbec. ad l. 1. n. 38. refert. Urom. disp. 32.*

MEMBRUM IV.

De Utilitate, Fine & Effectu,

agit.

SECTIO I.

SUMMARIA.

Autor in judicio comparere. Non potest autor forum rei conventi declinare, etiamsi alteri jurisdictioni subjectus sit n. 2.

tenetur, n. 1.

F

In

In donatione simplici denuntiatio locum non habet, secus in remuneratoria. n. 3.

Denuntiatione quoque opus non est in legato speciei, nisi testator sciverit rem alienam esse. n. 4.

Heres tantum semel tenetur rem legatam redimere. n. 5.

Cessabit denuntiatio, si res ex necessitate officii venditur. n. 6.

Si emtor rem pro de relicto habet, nullus denuntiationi locus. n. 7.

In materia denuntiationis clericus tenetur sequi forum emtoris ne continentia cause dividatur. n. 8.

Fiscus quoque in hac denuntiatione sequitur forum rei conventi. n. 9.

Si denuntians coram iudice incompetente conveniatur, statim forum declinabit. n. 10.

Si auctor emtorem defendere nolit, a suo iudice. ut ipsum ad defensionem compellat, petendum. n. 11.

Effectus ratione denuntiantis, quod scilicet ad finem in iudicio permaneat, lite pendente non transigat, nec compromittat. n. 12.

Denuntianti quoque incumbit diligentem Advocatum assumere & si appelletur, appellationem prosequi. n. 13.

Si tamen causa notorie esset injusta non tenetur denuntians appellare. n. 14.

Si denuntians omnia pradicta fecerit, auctor ipsum indemnem servabit. n. 15.

Non poterit cogi auctor ad defendendam si interesse prestat. n. 16.

Re evicta denuntians non tantum rei pretium, sed & sumptus litis ab auctore recuperat. n. 17.

Effectus ratione denuntiati est, quod is causam defendere iurisque sua proponere possit. n. 18.

Auctor non potest solus in se suscipere iudicium, auctore invito, secus illo consentiente. n. 19.

Auctor de violentia venditoris non tenetur. n. 20.

Imprudencia & injuria iudicis censentur casus fortuiti. n. 21.

Per longi temporis possessionem denuntiatio hac prescribitur. n. 22.

ET hæc quæ dicta sunt ad Constitutionem & naturam denuntiationis pertinent. Reliquum est ut etiam aliquid de hujus utilitate annectatur, quæ cum



cum potissimum in litis participatione & defensione consistat, ideoque ratione finis hoc inducetur, ut auctor non modo litis motæ notitiam habeat, sed etiam, ut ipse ad iudicium veniat, liti motæ assistat, illam instruat, denuntiantemque tueatur. *l. 49. ff. de iudic. l. 23. ff. de Eviçt. c. ult. X. de emt. vend. Carpz. Resp. jurid. lib. 3. tit. 2. resp. 16. n. 3.* atq; sic reus sibi prospiciat ut si fortè in iudicio succumberet, ei regressus (qui alias omiſſa denuntiatione omnino denegaretur *l. 8. l. 20. C. de Eviçt. l. 53. §. 1. ff. eodem l. 1. C. de peric. & commod. rei vendit. adversus autorem, qui omnino ibi comparere tenetur, 2. ubi ipsi denuntianti lis mota est l. 49. ff. de iudic. ut controversia ubi moveri cœpit ibi compleatur l. 30. ff. eod.) omnino competat *Marant part. 6. §. de denunt. Alex. Immol. in l. non solum §. morte coll. antepen. cum seqq. ff. de oper. nov. nunt. & in l. 2. coll. 3. in fin. ff. solut. matr.* adeo, ut si denuntiatus defensionem rei conventi subterfugere, exceptionemque fori declinatoriam opponere causamque ad suum iudicem ordinarium, si fortè jurisdictioni alterius subjectus esset, eam tamen revocare non posset, nec enim jurisdictionis forma ob auctoris personam, in alia provincia dicis consistere, debet immutari, *C. ubi in rem actio exercenda Coll. Arg. d. tit. de Eviçt. tb. u. C. varruv. pract. Quæst. 8. n. 3. Caballin. §. 3. num. 13.**

SECTIO II.

Haftenus dictum in quibus contractibus lis denuntiari possit, videamus etiam paucis per remotionem in quibus denuntiatio locum non habeat; Ubi primo

Fz

loco

3. loco se offert donatio, ita ut regula quasi fit apud JCos, si alienatio fiat ex causa lucrativa uti tunc nec evictio ita etiam nec denuntiatio locum habebit. *Berlich. concl. 24. n. 63.* per rationem, quod iniquum planè sit aliquem ex liberalitate sua incommodo affici *l. 32. ff. de Aedilit. Edict.* Sed verum, quod incommodo insigni afficeretur, si lis ipsi denuntiari ad assistendum & donatarium defendendū cogi & trahi posset. Videtur tamen regula hæc exceptionem pati in donatione remuneratoria; hæc enim magis dationi in solutum, quam simplici donationi similis est, *Caball. §. 4. n. 5.* Et in super regula fallit. in casu, quo evictio à donante expressè fuit promissa, *per l. 2. c. de Evict.* ob rationem quod contractus ex conventionem legem accipiant *l. 1. §. 6. Si convenit ff. deposit.* & provisio hominis deroget provisioni legis, *l. fin. C. de pact. convent.* Videtur eodem modo in legato speciei denuntiatione opus non esse, nisi testator scivit rem illam singularem, quam legavit, alienam esse, quo casu æquè ut in legato generis litis denuntiatio locum habebit, *Umm. disp. 11. tb. 25. Berlich. concl. 24. n. 64. & seqq.* quod intelligendū tamen si scivit simpliciter alienam esse, secus si respectu alicujus juris saltem alienam putavit, nam tum jus saltem sibi competens legare videtur. Veluti si legetur res communis ab altero dominorum non censetur plus legasse, quam portionem suam *l. servi Elect. 5. §. fin. ff. de Legat. 1.* Idem est in fundo vectigali simpliciter legato, ubi jus solummodo quod in vectigalibus fundis fuit legasse videtur, non vero proprietatem, *l. Si domus 71. §. fin. ff. de Legat. 1. in l. Stichus ff. de usufructu legato,* non vero tenetur ulterius heres, si semel rem legatam domino redemerit, *arg. l. fidei commissæ.*

missa. n. §. 18. Si quis decem de legat. iii. Secus verò si heres ipse fuerit in culpa redimendi *l. cum res 47. §. fin. l. Quid ergo 90. §. unie. si heres. de Legat 1.* tenetur tamen quando 6. in culpa non est cedere legatario actionem quam habet; Secus si ignoraverit, ita enim ut evictio, etiam denuntiatio cessabit, Cessabit quoque denuntiatio si res venditur ex necessitate officii sibi incumbentis; nam ibi venditor nullo modo de evictione tenetur *per L. si pignora 50. ff. de Evict.* Item si emptor rem alienam quam emit pro derelicto habet, hoc casu uti actionem de evictione, ita etiam denuntiationem amittit, quia donasse videtur, *l. fin. ff. de Evict.* Et quia ipsius culpa intervenit. *Caball. de Evict.*

SECTIO III.

Operabitur etiam tantum hæc denuntiatio, quamvis autor esset talis persona, quæ alias privilegio aliquo ad declinandum munitus esset, in puncto tamen denuntiationis forum rei conventi & denuntiantis, ob privilegium suum in totum declinare & causam ad suum iudicium avocare non valeat, *per text. general. in l. 49. ibi venditorem emptoris iudicem sequi solere ff. de iudic. Marant. d. p. 6. §. 5. n. 6.* Hinc est quod quamvis reus clericus si principaliter conveniatur coram iudice laico comparere non teneatur. *Nov. 83. c. 1. Nov. 123. C. c. 2. C. si diligenti. §. fin. X. de fore compeu. c. 2. X. de iudic.* Sed privilegium fori opponere causamque ad suum iudicem Ecclesiasticum trahere possit *Gail. 1. Obs. 37. princ.* In materia tam denuntiationis nostræ hoc singulare est, ut etiam Clericus venditor forum emptoris, hoc est iudicis laici, non tantum sequi, verum etiam ibidem denuntiantem.

antem si conveniatur defendere eique assistere teneatur. *Mynsing. 1. Obs. 22. in fin. Gail. d. Obs. 37. n. 7. Boer. decis. 69. n. 27. Christin. vol. 1. decis. 280. n. 17. & vol. 2. decis. 19. n. 10. Magnif. Dn. Brunnem. ad l. 51. c. de Episc. & Cler. Carpz. resp. 2.* Tum quod ille non principaliter, sed ad assistendum solum conveniatur, ac merus & necessarius conventi sit defensor, *Magnif. Dn. Brunneman. ad l. 49. & l. 19. §. 1. in Com. ad ff. de judiciis.* Et hoc in Fisco quoque observatur. Nam quamvis alias extra hunc casum, causam ad suum iudicem revocare possit. *l. 3. C. de jur. fisci.* aliud tamen presenti casu, cum regulariter jure privatorum utatur, praeterquam casibus exceptis & expressis, uti docet post *Gloss. in l. item veniunt. 20. §. 16. quid si pretium ff. de petit. hered. Decius cons. 5.* Similiter locum habere posse post *Rebuff. de dilation. art. 4. gloss. unic. n. 9. Aertin. in rubric. de Exception. n. 17. Covar. pract. Quast. c. 8. n. 3. Caball. de evict. §. 3. n. 123. tuetur Fachin. 1. contr. 38.*

SECTIO IV.

Quin imo si eveniret, ut denuntianti ab aliquo super re empta coram iudice incompetente, lis moveatur, cujus jurisdictioni conventus subjectus non est, 10. ejus erit imprimis forum (cum iudici extra jurisdictionem suam jus dicere volenti impunè non pareatur *l. fin. ff. & l. 6. c. de jurisdic.*) declinare, si vero illud omisisset, cum tamen forum denuntiare potuisset, ita ipsi autem, ne alias forsan denuntiationis negligentia sibi sit damnosa, declinandi potestas non erit adempta, sed si ab aliquo conveniretur, hac exceptione fori declinatoria
contra

contra actorem bene utetur. *Caball. Tract. de Evict. §. 3. n. 131. Frantz. de Evict. n. 653.* quod & in iudice suspecto itidem procedere posse post *Gail. 1. obs. 33.* Testis est *Carpz. Process. judic. tit. 3. art. 4. n. 82. & seqq.* At si auctor denuntiatione facta, se defensionem subire obligatum non esse allegaret, tunc coram suo iudice conveniendus erit, ut denuntiantem indemnem servet. *Struv. Syntag. jur Civil. Exerc. 27. tb. 32.*

SECTIO V.

Et quia ex dictis effectus potissimum resultat, hicq; tam denuntiantem, quam denuntiatum respiciat. Ideoque quoad denuntiantem ea hoc operabitur, quod id est quia ille tanquam reus conventus, à lite & Processu in totum se non eximere vel liberari possit, sed nihilominus eum continuare litem contestari, ac omnia, quæ de jure alias requiruntur facere debeat. *Hiltrop. process. judic. part. 2. tit. 28. n. 5. Carpz. Process. judic. tit. 4. art. 4. in prin. & respons. jurid. lib. 3. tit. 2. resp. 20.* ipse tum à suo authore denuntiato, sicut in membri 4. sect. 1. dictum, in iudicio contra adversarium defendatur. *l. 49. ff. de judic.* simulque etiam bene instar cautelæ provideat, ne vel processum simpliciter habeat tanquam pro deserto, vel etiam eum negligenter tractet, vel planè contumax existat, ne ejus culpæ ab autore aliquid imputari queat. *Covar. lib. 3. variar. resol. cap. 17. n. 9.* quo circa ne vel compromittendo sibi præjudicet, quod sane fieret, quando res inde evinceretur, dum recursus contra venditorem de Evictione intercederet. *l. 6. c. de Evict.* ideoque denuntians benefaciet, si conducat advocatum diligenter

diligentem & peritum: ad defendendam causam in ju-
 13. dicio, ut est *Gloss. in l. Quod si nolit. 31. §. 11. super verb. ad-*
bibuit ff. C. de Aedilit. Edict. quam multum commendat
Cujac. in l. 1. peric. & commod. rei vend. qui si advertat
 denuntiantem cum parte adversa vel transigere vel com-
 promittere in arbitrium velle; id absque scientia au-
 ctoris fieri non permittat, sed tam diu expectare ju-
 beat, usque dum judicialiter & per sententiam judicis
 vel absolutus vel condemnatus sit. *arg. l. 56. §. 1. ff. de*
Eviēt. l. 17. C. eod. Carpz. lib 3. resp. jur. tit. 2. resp. 20. n. 7.
 Qua propter si postea sententia contra eum lata sit,
 atque sic victus fuerit, tunc ab ea appellare appello-
 nemque prosequi debet, *l. 63. §. 1. ff. de Eviēt. l. 4. §. 3. ff.*
de appell. Frantzk. de Eviēt. n. 64. maximè si bona causa
 erat ut merito appellandum esset. *l. 8. §. 8. ff. mandat.*
ubi Erstat. nisi ratione paupertatis excusaretur Schnei-
 14. *dew. de act. empt. n. 58.* Quod si vero injusta esset causa
 ac appareret denuntiantem malam causam fovere, vel
 rem venditam fuisse alienam constet, tunc omnino ap-
 pellandum non est, imo sine iudicio & sententia emptor
 poterit rem restituere, *l. 10. §. 11. ff. mandat. l. 11. §. 12. ff. de*
act. empt. cum etiam in alterius causa bona fides agnos-
 cenda sit *l. 9. §. 5. ff. de Admistr. tut. confer. l. 8. C. de sent.*
& interlocut. Colleg. Jurid. Argent. d. t. de Eviēt. tb. 10.
 At quid? Si dubitaretur an justa an injusta sit sententia?
 Hic quia in dubio semper pro sententia præsumitur *C.*
cum inter 13. X. de sent. & re judic. C. in presentia 6. X. de
renunt. appellare non tenebitur, si tamen appellaverit,
 tunc per appellationem illa præsumptio pro sententia
 exstingvitur, astrictus quoq; erit appellationem prosequi,
 nec

4
nec inferet quicquam *c. non injustè 14. in fin. X. de pro-
curat* Ubi licet quis teneatur appellare, interea tamen
non cogatur ut appellationem prosequatur, cum enim
textus ille loquatur, de procuratore qui nomine Do-
mini appellavit in causa aliena, inde illatio tanquam
à separatis fieri ad Emptorem non potest, qui principa-
liter in sua causâ appellat, licet per consequentiam ad
venditoris commodum vel incommodum spectet, non
igitur mirum, quod tunc etiam ad prosecutionem
appellationis eò magis emptor ardeatur, prout respon-
det *Schneidew. d. l. n. 58.*

SECTIO VI.

Quod si itaque denuntians omnia prædicta fece-
rit, tunc qui venditor vel author, etiam si in iudicio suc-
cubuerit nihil ipsi imputari potest, proinde etiam absque
dubio regressum adversus authorem de Evictione habe-
bit, *l. 1. § 2. ubi in rem l. 20. C. de Evict. & si simplum vel
duplum (ut quia assidua est talis stipulatio l. 31. §. 20. de
adilit.) promissum Evictionis nomine, illud emptor
actione ex stipulatu consequetur. l. 2. l. 37. ff. de Evict.
quod si autem certa quantitas non esset promissa, tunc
ex natura contractus dabitur ipsi adversus venditorem
actio ex emto, cum alias si emptor denuntiare neglexif-
set, ista non competere, sed potius denegarentur *l. 8.
l. 17. l. 20. 21. 29. C. l. 53. §. 1. ff. de Evict.* quia ipsæ actiones
de Evictione sub ea conditione sint concessæ, si denuntia-
tum & res judicialiter evicta fuerit, per *tex. supr. alleg.
Marant. p. 6. memb. 5. n. 1. Carpz. respon. jur. lib. 3. tit. 2.
resp. 15. § in process. tit. 4. art. 4. n. 6. Frantz. ad Tit. de
Evict. n. 658.* id quod etiam cum Praxi Saxonica consen-
G
tires*

5
 tire ex verbis Ordin. Elect. Saxon. tit. 14. ubi und sich
 auff beschenen lris denuntiation, welche hindurch ih-
 re Krafft und Wirkung vernichtet/ wiederumb an
 seinem autore erholen/satis elucet. Quæri non incon-
 venienter hic posset, si justa esset denuntiationis causa,
 num autor præcisè ad defendendum cogi possit, vel u-
 trum præstando interesse liberetur, & quamvis Jason.
 in l. 1. si se non obtulit. §. si. quis duplam ff. de V. O. n. sub
 finem vers. similiter. & Zæsius ad eundem titulum n. 6. disertis
 verbis dicat, si venditor vel hæredes ejus vellent solve-
 16. re interesse, dicendo non defendimus rem venditam,
 sed refundimus quod interest, heredes verò Emptoris
 vellent ut defenderetur, interesse non cupientes, ecce,
 inquit, Zæsius hoc loco secundum opinionem Jasonis
 heredes possent præcisè cogi ad hoc factum, etiam manu
 militari, ut legitimè defendant, si modo defendere
 commodè possint. Attamen statuerem potius cum Ber-
 licio. Concl. 34. n. 99. liberari venditorem si rei per sen-
 tentiam evictæ interesse præstet. per l. 1. c. de peric. &
 Commod. rei vendit. Zæsius in l. Stipulationes non dividun-
 tur 72. ff. de V. O. n. 38. Hartman. Pistor. Observ. 228 incip.
 regulariter de Evict. n. 18. & seqq. n. 26. Paul. de Castr. l. 1. c.
 ubi in rem act. exerc. debet. n. 3. cir. med. vers. sed an cogat-
 tur præcisè & seqq.

SECTIO VII.

Quibus consequens est, ut non tantum rei preti-
 um sive æstimationem si res evicta est l. 70. ff. de Evict.
 à tempore scil. quo res emta est l. 1. l. 13. eod. Wesenbec.
 parat. de Evict. n. 7. Damma l. 17. c. de Evict. ad id quod in-
 terest rem evictam non esse l. 9. l. 25. l. 29. ff. l. 23. c. de
 Evict.

Evict. Burgund. de Evict. cap. 89. n. 2. & seqq. Non tamen
meliorationes in rem factas, à bonæ fidei emptore,
quippe non à venditore, sed evincente recuperantur.
l. 45. §. 1. ff. de act. empt. l. 29. §. 2. ff. de minor.) Verum
etiam sumptus litis commissos pro defensione quos
Emptor fecit, *l. 102. ff. de V. O. lite finitâ ab autore repe-*
ti posse. Carpz. Respon. jurid. lib. 3. tit. 2. resp. 19 n. 14.
Umm. d. disp. 11. n. 35. venire queat. Colleg. Jur. Argent.
d. tit. tb. 13.

SECTIO VIII.

Quoad denuntiatum effectus resurget iste, quod
autor lite ita intimata, inde consequatur quoddam reme-
dium, quo non modo denuntiantem verum etiam & se
ipsum tueri queat; Ideoque ne hujus remedii fiat inca-
pax ratio æquitatis svadet, ut denuntians, quo autor sua
quoque jura in judicio proponere seq; defendere pos-
sit, suum interesse hic vel maximè versaretur, etiam ipsū
denuntiatum de lite sibi mota per ejusmodi laudatio-
nem certiolem faciat, cum alias neglecta vel omissa
denuntiatione, reque interea evicta autori remedium
hoc præcluderetur, ita ut ipsi amplius nulla vel actio
vel exceptio, convenire valeat. Non jure proprio,
quia cum evincente nullum negotium habuit, neque
cum eo contraxit. Non rei vindicatione quia rei Dominus
amplius non est, sed dominium transfuit in Empto-
rem, & eo minus per sententiam judicis cum ipse evin-
cens dominus rei factus jure rem possidere censetur,
dum jure & autoritate judicis possidet. *Magnif. Dn.*
Brunnem. ad l. 11. in l. om. ad ff. de acquir. poss. l. 28. in fin.
ff. de noxal. act. nec etiam contra ipsum jure emptoris

postmodum agere potest, quia re semel evicta nulla, postea eitori superest actio, quam autori cedere queat *Carpzov. jurispr. forens. p. 1. Const. 2. Def. 24. n. 1. & 2. in respon. jur. lib. 3. tit. 2. respon. 17.* proinde iniquum foret, si omitta denuntiatione reque evicta concessum esset, postea autorem adhuc actionibus inquietare, cum conventus sibi imputare debeat, quod litem non denuntiaverit.

SECTIO IX.

Quo casu si denuntiatus jura sua proposuerit, non solum ipse, verum & denuntians principaliter conventus simul cum ipso defendetur (quod facere tenetur, *L. 49. ff. de judic. l. 47. ff. de Evict. cap. fin. X. de empt. vend. Carpzov. resp. jur. lib. 3. tit. 2. resp. 17.* Quod autem supra membr. 4. sect. 1. de defensione dictum fuit, illam fieri saltem assistendo, non vero totam litem in se transferendo *L. 21. & ibi interpellare debet venditorem vel successorem ejus, ut tibi assistant & causam instruant, L. 23. C. de Evict. Rodin. Pand. Camer. lib. 3. de citationib. earumq. variis formis. 4. circ. fin.* adeo ut etiamsi velit auctor judicium solus in se suscipere, ac denuntiantem liberare, hoc actore invito facere nequeat, *Frantz. ad tit. de Evict. n. 646.* Id quod etiam tum procederet, licet nomine procuratorio vel defensorio in se litem suscepisset, cum nec tunc Reus denuntians liti eximatur, sed in illa nihilominus maneat, contraque ipsum executio sententiæ fieri debeat, pro ut hæc omnia etiam comprobat *Sereniss. Elector Saxonæ in Ordinat. process. tit. 14. S. Wird aber der/welchen lis denuntiret erscheinen / und den beflagten vertreten wollen / ist er solches zuthun*

zuthun der Gestalt frey gelassen / daß er gleichwol
 beklagten hindurch / der Recht fertigung nicht
 gänzlich entledigen / sondern desselbigen Sach de-
 fensorio live procuratorio nomine ausführen möge /
 der beklagte aber nichts desto weniger in lite blei-
 ben und derowegen auch daß Urtheil so darauff
 erfolget wieder ihn erstreckt würde. &c.

Id non obtineret, si denuntiatus actore consenti-
 ente animo novandi litem in se suscepisset, prout post
 alleg. Limitat, *Carpzov. respons. jurid. lib. 3. tit. 2. resp. 20.*
 atque hoc sequenti præjudicio confirmat, Diemsel de-
 nuntiat die mit Titio und Cajo rechtshängige Sach /
 ohne denuntianten zuthun / außzuführen verpflich-
 tet / so ist solchem nach zukommen schuldig.

SECTIO X.

Quanquam, quando per violentiam res empta ab
 emptore auferatur, secus esset, hoc enim casu vendi-
 tor de violentia emptorem defendere obstrictus non^{20.}
 erit, juxta commune dictum, für Gewalt ist mann
 zugewehren nicht schuldig / *Magnif. Dn. Brunneman.*
ad L. fin. in Comment. ad C. de action emti. tum quod
 venditor de causis futuris contingentibus non tenea-
 tur *l. Lucius n. princ. ff. de Evict.* tum etiam quod injuria,
 quæ fit emptori non debeat contingere ipsum auctorem
l. si per imprudentiam 51. in fin. ff. de Evict. cum ad hoc, ut
 emptor agat de Evictione, opus sit, quod per sententiam
 judicis evincatur, uti supra dictum, sicuti nec teneretur,
 quando per imprudentiam aut errorem judicis evicta,
d. l. 51. d. tit. c. fin. X. de Evict. vend. addita ratione, quod
 imprudentia & injuria judicis censeantur casus fortuiti,

21. *cap. unic. 2. de nov. forma fidelitatis F. 7. ibi in iuste vel fortuito casu*, tales autem casus fortuiti contingentes post contractum venditionis non venditori, sed potius emptori noceant. *Magnif. Dn. Brunneman. in Comment. ad C. in l. 1. de peric. & Commod. rei vend. §. cum autem. Inst. de emt. vendit. Covar. 3. var. resol. cap. 17. n. ult.*

SECTIO Ultima.

Atque hæc dicta sint de effectu. Effet etiam ut ad contraria fieret transitus, sed cum supra hinc inde sparsim de his actum fuerit, ideoque hoc unicum, quidnam, circa denuntiationem ratione præscriptionis sentiendum sit, utrum ne & hinc & quo tempore præscribi queat, Coronidis loco nobis adhuc addere placuit? Et sanè licet prima fronte ex *l. 21. C. de Eviçt.* illud colligi videatur, quasi directo ipsum jus denuntiandi ob nudam possessionem possessori convento minimè auferri queat, idque ideo, quod hæc nostra denuntiatio aliter locum obtinere non possit, præterquam sub conditione, si controversia mota fuerit *l. 7. ff. de Eviçt.* quâ ratione cum ipse priusquam illa conditio existat, ac rei possessor conveniatur, nihil habeat de quo querelam instituere vel quare denuntiare litem velit, dum dies obligationis neque cesserit, idcirco cum jus denuntianti nondum natum sit, *arg. l. 213. ff. de V. S.* nec præscriptio, licet post multa spatia res eviçta emptori fuerit, locum habebit, *d. l. 21. de Eviçt.* Attamen quia nonnunquam

22. evenit, ut res ipsa per longi temporis possessionem ab emptore adversus verum rei Dominum acquiratur, atq; ita, dum prior rei Dominus præscriptione ab emptore complet, amplius agere vel rem vindicare non possit,

quo

quo circa tunc nec autor amplius de evictione tenebitur, litisque etiam denuntiatio cessabit, cum emtoris vel possessoris, tunc nihil amplius intersit, nec ei quicquā absit dum per usucapiendi conditionem rem pleno jure, æquè ac si statim ab initio Dominium in se translatum fuisset, acquisivit; Atque ita actorem exceptione præscriptionis statim repellere posset, ut denuntiatione amplius opus non habeat, cum per indirectum huic juri denuntiandi inde præscriptum sit, prout hanc sententiam *ex l. 54. pr. ff. l. 19. C. de Evict.* non modo *Frantz.* declarando comprobat, *num. 971.* sed & eam *Carpz. Jurispr. forens. P. 2. C. 3. D. 8.* præjudicio comprobavit. Atque hic non tam finio, quam dissertationis hujus filum abrumpo. Prolixius omnia deduci potuissent, sed intra limites Exercitii Academici me continere volui, si non omnia ad palatum, à Ben. Lect. facile veniam spero, qui humanitatis memor omnia bene interpretabitur.

Sæpius est vaga fama quidem bona nuntia veri:

Buccina cum dextro flamine læta sonat:

Sæpius est eadem pariter mala nuntia falsi:

Insidias lævo cum vomit ipsa bonis.

Nuntia SCHLEIFSTEINI, *potior Tua.* Jure renidet;

Quo meritis dicat præmia digna suis.

Ipsa, Tibi facilis, dictabit, nuntia summa.

Præmia, queis pulchrè tempora justa comet.

Nuntius ille DEI, peperit qui læta salutis

Nuntia, det semper nuntia grata Tibi!

Nuntia fausta Tibi sint hæc decoramina magna,

Queis radias, faxit Nuntius ille DEI!

Hæc Nobiliss. Dn. Candidato optat

& congratulatur.

JOHAN. BRUNNEMAN. D.

Cote velut cuspis magis attenuatur, & aurum
 Assiduo coctum purius igne fluit.
 Inrita SCHLIEPSTENII Virtus sic pulchior exit,
 Atterit ad cotem, dum, Themis alma, tuam.
 Intrepidus parto tantum mucrone superbit,
 Ut laurum capiat, surripiatq; thorum.

Nobil. & Clariss. Dn. Doctorando
 gratulabund. scribeb.

SAMUEL STRYKIUS J. U. D.
 & Profess. Ord.

Esse tuos, ut rite probes, quos ambis, honores,
 Nuncius ad lites, ipse Amice venis.
 Autor & Actor ades; litem de lite paratam.
 Nunciat ingenii, vis memoranda Tui,
 Insequitur, subitoque premens vestigia Laudes
 Commendat patriæ nuncia fama Tuas.
 Hinc, sed non isti similem, Tibi nuntio litem:
 Foedus amicitiae, nuntio Litis agrum.
 Hoc animis semper campo certabimus æquis,
 Victor ut aut victus neuter abire queat.
 Hunc quis ut evincat, nunquam patieris amorem,
 Noster ut hoc fiat, non patietur amor.

Hicce Nobiliss. & Clarissimo Dn. Docto-
 rando amico suo multis nominibus
 Colendo, venerando, omnia pro-
 spera apprecari animitus, voluit,
 debuit.

RUDOLPH CULEMAN.
 Mindanus.








X12617620

W177





NAUGURALIS ^{20.} ^{1671, 12} ¹⁷

ATIONE IS.

INILIS NUMINIS
CIA

*itate Nobilissima atq;
uridicæ, in famigera-
lrina,*

ESIDIO

*ni, Consultissimi, atq;
iffimi*

ACOBI Wolffen/

Codicis justiniani, Or-

t. DECANI spectabilis,

s sui Honoratissimi

ENTIA

Honores & Privilegia

nsequendi

examine exponit

HLIEPSTEIN

is. anno 1671.

te & pomeridianis.

Viadrum

ESTI, Acad: Typogr.

20.

